











# Latinae linguae

CUM GRAECA COLLA-  
tio ex Prisciano, & probatiss.  
quibusque authoribus: per lo-  
cos communes, Literarum, Par-  
tium orationis, Constructionis,  
ac totius Grammatices.



L V T E T I A E.

Apud Carolum Stephanum, Ty-  
pographum Regium.

M. D. L I I I I.

E O R V M quæ ad Græcæ ac Latinae linguæ authorū  
 scripta intelligenda non parum utilitatis atque emolumentum  
 adferre possunt, præcipuum esse puto, Lector, utriusque linguæ,  
 non propriis tantum ac peculiaribus, verum & communia quo-  
 que probè cognita ac perspecta habere. Etenim Latinorum  
 poetarum atque oratorum plerosque ad Græcæ eloquentiæ  
 stylum suum accommodasse persæpe uidebis. Cuius rei quæ plu-  
 rima exempla sese offerunt cum aliis, tum maximè in Cicero-  
 ne: qui id singulari quodam studio uideretur operam dedisse, ut  
 Græcæ linguæ ornamentis Latinam suam conuestiret ac per-  
 poliret. Quam utilitatem cum Priscianus, ὁ πάντων ἤδη τῆς  
 ῥωμαϊκῆς γλώττης κανόνας συγκελεύων γραμματικῶν  
 ῥαδίως ἠγεμῶν καὶ ᾠσοῦτος, in idiomatum utriusque linguæ  
 collatione delitescere perspexisset, ita Grammaticas institutio-  
 nes suas temperauit, ut dum Latina linguæ præcepta traderet,  
 eadem opera eiusdem cum Græcæ commercium perstringeret.  
 Verum quemadmodum illud quidem copiosè atque absolutè,  
 ita hoc sanè plurimum strictè ac confusè descriptum nobis reli-  
 quit, ut non immeritò quæ ad utriusque linguæ collationem per-  
 tinent in hoc authore, uel confusa, uel iusto breuius tradita  
 quiuis existimare possit. Cùmque te de hac re ualde anxium  
 persæpe conqueri audirem, hoc tibi tuisque studijs impertiri  
 uenit in mentem, ut quæ à Prisciano sparsim hinc inde, ac nullo  
 ordine annotata essent, in eum ordinem reducerentur, qui ab  
 Erasmo cæterisque recèntioribus Grammaticis hæctenus obser-  
 uatus est. Quod dum ego in tuam gratiam diligentissimè per-  
 sequor, id etiam præstiti: ut si quid ab eo uel prætermis-  
 sum, uel breuius arctiusque traditum fuisse uideretur, partim adicere-  
 tur, partim exemplis ex probatissimis utriusque linguæ autho-  
 ribus desumptis, illustraretur. Hæc quantumlacunquet sunt Le-  
 ctor, ut æqui bonique consulas, id uerò magnopere etiam atque  
 etiam rogo. Vale.

3

# Amplifs. Car-

DINALI ATQVE ILLUSTRISS. PRINCIPIS CAROLO À LOTHARINGIA CAROLUS STEPHANUS



LATINO GRAECVM tum te  
rè absolueram Illustriss. Princeps,  
quum mihi venit in mentem, Priscianum antiquiss. grammaticum  
id olim singulari quodam studio  
operam dedisse, vt Latinæ linguæ  
constructionem cum Attica con-  
ferret. Quod quia ad institutum di-  
ctionarii laborè propè accedere,  
tuisque Remis vtile futurum esse  
mihi visum est: curavi nō Prisciani  
tantum de hac re sententiam, ve-  
rum etiam aliorum, quos ego tua  
amplitudine dignos esse iudicaui,  
authorum productiones, in loca

communia breuiter reducere : at-  
que ita certo ordine collocare , vt  
ex hoc vtriusque linguæ initiati  
fructum haud sanè mediocrē per-  
cipiant. Hunc laborem tuis neote-  
ricis deuoui , quem à te beneuolos  
accipere, tibi que eius rei causa gra-  
tias referre magnopere cupio: quū  
nihil earum rerum quotidie præ-  
termittas, quæ ad summā eorū vti-  
litatem ac bonarum artium studiū  
plurimum faciūt: Quo quid magis  
diuinum aut omnium celebratio-  
ne ac memoria dignum existima-  
ri potest? Vale. Ex tua Typogra-  
phia. Prid. Cal. Maii. M. D. LIIII.

# Collatio lin-

G V A E L A T I N A E C V M  
græca, ex vtriusque literarum  
atque elementorum confyde-  
ratione.

D E L I T E R I S S E V  
elementis.



L I T E R A, est vox quæ scribi po-  
test indiuidua : vnde à Græcis  
*λεῖμμα* dicitur, καὶ τὸ λέγειν λέγειν, quòd scribatur, & quasi pinga-  
tur. À Latinis verò dicta est qua-  
si *legitera*, quòd legēdi *liter* præ-  
beat : vel à *litureis*, quòd antiqui plerunque in ta-  
bulis cæratīs scribere solebant, & postea delere.  
Quin & elementorum vocabulo *literæ* nuncu-  
pari solent, à Græcis *σειρήνα*, ad similitudinem mū-  
di elementorum : sicut enim illa coëuntia, omne  
corpus perficiunt : sic etiam hæ coniunctæ, *litera-*  
*lem* vocem, quasi corpus aliquod componunt.  
Hoc tamen interest inter elementa & *litteras*, quòd  
elementa propriè dicuntur ipsæ pronuntiationes :  
notæ autem earum, *litteræ*. Abusiue tamen & ele-  
menta pro *litteris*, & *litteræ* pro elementis su-  
muntur.

## Nomina literarum.

Nomina literarū tam apud Græcos, quàm apud Latinos indeclinabilia sunt, siue quòd à Barbaris inuenta dicantur, siue quòd simplicia hæc & stabilia esse debeant, quasi fundamentum omnis doctrinæ: siue quòd nec aliter apud Latinos poterat esse, cum à suis vocales nominentur, semiuocales verò in se desinant: mutæ autem à se incipientes, vocali terminētur: quas si flectas, significatio quoque nominum vnà euanescit.

## Numerus literarum.

Apud antiquissimos Græcorum, nō plus quàm sedecim erant literæ: quibus ab illis acceptis, Latini antiquitatem seruauerunt perpetuam. Nam si verissimè velimus inspicere eas sedecim, non plus quàm duas additas in latino inueniemus sermone, videlicet F & X. Nam F, Æolicū digamma, apud antiquissimos Latinorum eandem vim quā apud Æoles habuit: eum autem propè sōnum, quē nūc habet F, significabat P cum aspiratione. Sicut etiā apud veteres Græcos pro φ, ϖ & β. Vnde nūc quoque in Græcis nominibus antiquam scripturam seruant Latini, pro φ, p & h ponentes, vt Orpheus, Phaëthon. Postea verò Latinis placuit pro ph, f scribi, vt fama, filius, facio: loco autem digamma, V pro consonante, quòd ea litera cognatione soni, videbatur affinis esse ipsi digamma.

X etiam duplicem loco c & s, vel g & s, postea à Græcis inuentam assumpserunt Latini, vt dux ducis, rex regis.

Constat ergo, Latinum sermonem non plus

quàm decem & octo literas habere, hoc est, sedecim antiquas, & f & x postea à Græcis inuentas, & ab eisdem quoque sumptas: nam y & ζ græcorum causa nominum asciuerunt.

## De Vocalibus,

Vocales apud Latinos quinque sunt, a e i o u, & y græcorum causa nominum. Omnes quidem ancipites, hoc est, quæ facillè modò produci, modò corripì possunt. Sicut etiam apud antiquissimos græcorum, ante inuentionem η & ω: quibus inuentis, ε & ο, quæ antè ancipites erāt, remanserunt perpetuò breues, cùm earum productarum loca possessa sint à dictis vocalibus longis.

### I & V.

I & V, quantùm ad potestatē, aliquando in consonantes transeunt. Et i, quidem modò pro simplici, modò pro duplici accipitur consonante: pro simplici, quando ab eo incipit syllaba in principio dictionis posita, subsequente vocali in eadem syllaba, vt Iuno, Iupiter. Pro duplici autem, quando in medio dictionis ab eo incipit syllaba, post vocalem ante se positam: subsequente quoque vocali in eadem syllaba, vt maius, peius, eius: quo loco antiqui solebant geminare eandem i literam, & maiius, peiuis, euius scribere. V, verò loco consonantis posita, eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Æoles digamma F. Quæmadmodum enim hi solebant accipere digamma F, pro consonante simplici: sic illi quoque pro simplici habent consonante plerunque u, loco

F, digamma positum. Exemplum vtriusque:

ὄφις φεινίω ἐλιχάπιδα.

At Venus haud animo nec quicquam exterrita  
mater.

## O.

O apud Latinos in e mutari solet, vt Tutor, tutela, bonus, benè, γένυ genu, πῆξ pes. Id quod fit ad imitationem Æolum, qui ἐδόντα pro ὀδόντα dicunt.

Vocalis, o apud Latinos interdum in v mutatur, vt Vpilio pro Opilio. Maximè verò id fit in finalibus syllabis, vt Priamus, Pylus, Pelium, pro Priamos, Pylos, Pelion. Quinetiam pleraque quæ apud Græcos nominatiuum in os terminant, apud Latinos o in u conuertunt, κύρος Cyrus, ἀπονδείος spondeus, κύπερος Cyprus, πέλαγος pelagus. Quomodo & Græci (præsertim Iones) suum o in u diphthongum frequenter commutare solent, dicentes οὔρος pro ὄρος, οὔλος pro ὄλος, νοῦσος pro νόσος, μεῦνος pro μένος, οὔειον pro ὄειον: πολὺ, κόρη, οὔλυμπος, οὔλαμπος, οὔδης, pro πολὺ, κόρη, ὄλυμπος, ὄλαμπος, ὀδός. Multa præterea vetustissimi in principalibus mutabant syllabis, vt cungrum pro congrum, cunchin pro conchin, huminem pro hominem proferentes, funtes pro fontes, frundes pro frondes. Lucret. primo libro,

Angustoque fretu rapidum mare diuidit vndis,  
pro fretu. Idem in tertio,

Atqui animorum etiam quicumque Acherunte  
profundo. pro Acheronte.

In eodem,

Nec Tityon volucres ineunt Acherūte iacentē.



Quæ tamen à iunioribus repudiata sunt, quasi rustico more dicta.

## V.

Vocalis (υ) in græcis nominibus sumi solet modò loco οδ̄ diphthongi, ut musa pro μουσα: modò pro o correpta, ut Homerus, pro ὄμηρος: atque interdù pro eadē producta, ut fur pro φῶρ: modò pro υ longa, ut pro μῦς mus: modò pro correpta, πέρφυρα purpura. In plerisque tamen Latini hoc faciunt Æoles insecuti: illi enim θυγατήρ pro θυγατήρ, ου corripientes, vel magis sono v soliti sunt pronunciare, ideòque adscribunt o, non vt diphthongum ibi faciant, sed vt sonum ipsius υ, æolicum ostendant: vt Callimachus,

καλλιχώρα χθονὸς οὐείας θυγατήρ.

Quod secuti Latini, u, modò correptā, modò productam habent, quanuis videatur & diphthongi sonum habere.

V vocalis, cùm aliàs vim tam vocalis quàm cōsonantis amittit, tum verò maximè, cùm ipsum præcedit S, & sequitur vel a vel e, vt suadeo, suavis, suesco, suctus. Quod apud Æoles υ quoque sæpe patitur, & amittit vim literæ in metro, vt Sappho,

ὁμὰ τίςδεα ἔλθετε ποπίσατε ἔρωτα.

Similiter πάλυι dissyllabum inuenitur apud eosdē, cùm υi non est diphthongus.

: Sæpe V interponitur inter cl vel cm, in græcis nominibus, vt ἠεακλῆς Hercules, ἀσκληπιὸς Æsculapius: & antiqui ἀλκμυῖη alcumena, ἀλκμαίων alcumæon.

## Præpositiuæ & Subiunctiuæ vocales.

Vocales omnes vel præpositiuæ sunt vel subiunctiuæ. Præpositiuæ, quæ aliis vocalibus in eisdem syllabis præponuntur, sunt a, e, o: subiunctiuæ verò, e & u, vt æ, œ, au, eu. I quoque apud antiquos post e ponebatur, & ei diphthongum faciebat, quam pro omni i longa scribebant more antiquo Græcorum. Inuenitur hæc eadem i post u, in græcis nominibus, vt *ὑπὸνία*: nam *ui* diphthongus est.

## De diphthongis.

Quum quatuor tantum sint diphthongi apud Latinos, ac, oe, au, eu, reperitur nonnunquam æ à poetis, ad imitationem Græcorum, *παῖς* pro *παῖε* dicetium, per diæresim proferrî: ac tum quidē per a & i scribitur apud Latinos: vt *aulai*, *πίctai*: pro, *aulæ* & *πίctæ*. Virg. *Æneid.* 3,

*Aulai* in medio libabant pocula Bacchi.

Idem in octauo,

*Diues equum*, *diues píctai vestis & auri*.

In Græcis verò nominibus quoties huiuscemodi fit apud Latinos diæresis penultimæ syllabæ, i pro duplici consonante accipitur, vt *Maia* pro *μαῖα*, *Aiax* pro *αῖας*.

Eadem diphthongus pro e longa ponitur, vt *σκίων* scæna: & pro a, vt *Æsculapius* pro *ἀσκληπιός*: in quo Latini sequuntur *Æoles*, qui pro a *αι* proferre solent, dicentes *τύμφαις* pro *τύμφας*, & *φασίον* pro *φασίον*.

Æ diphthongus cum naturâ longa sit, in me-

dia tamen dictione correpta inuenitur, idque tūc, quando compositæ dictionis antecedentis in fine est, sequente vocali. Virg. Æneid 1,

Stipitibus duris agitur, sudibusve præuulsis.

Sic Hom. ἀνὴρ ἰὸ ποδὲς χαμαὶ βύβαι.

Idem patitur apud Græcos etiam in fine dictionis, si sequatur vocalis. Hom. Iliad. α',

κρείττων γὰρ βασιλεύς ὅτε χεῖσται ἀδούρι χερσίν.

## OE.

OE correpta inuenitur apud Græcos poetas. Æschylus,

Ἐλαιῦνται οἴζυρος ἀρθρῆνοις μαμβύεται.

Apud Latinos quoque correpta inuenitur ante vocalem: vt Virgil.

Insulæ Ionio in magno.

Quomodo & longæ vocales apud Latinos corripuntur solent. Virg. Æneid. 5,

Infundunt pariter sulcos, totumque dehiscit  
Conuulsum remis rostrisque tridentibus æquor.  
Dehiscit prima correpta dixit, cū sit naturā longa.

Est quando œ diphthongus, per diæresin profertur in græcis nominibus, & græcam seruat scripturam: pro o enim & i ponitur, quæ tamen locum obtinet duplicis consonantis, vt Troia pro τρῶϊα. In hoc quoque Æoles sequuntur Latini, qui diuidentes diphthongum oi, κοῖλον pro κοῖλον dicunt.

Diphthongo OE aufertur altera vocalis, sequente e longa, more Attico, vt poeta pro ποιητής, poema pro ποίημα.

Solet etiam pro ω diphthongo Græca poni, vt κωμῳδία comœdia, τραγῳδία tragœdia. Nec mirum

cum pro  $\omega$  quoque habeamus o, & pro i e in diphthongo accipiamus. Hoc tamen ad imitationem Bæotorum solemus facere.

## EV.

Eu in e longam transit, vt Achilles pro ἀχιλλεύς, Vlysses pro Ὀδυσσεύς: quod ostenditur in genitiuo Vlyssæi. Horat. in primo Carminum,

Nec cursus duplices per mare Vlyxæi.

Quin & in v mutatur, vt fugio pro φεύγω.

## EI.

Ei diphthongo nunc non vtimur, sed loco eius in græcis nominibus. e vel i productas ponimus, & in priore sequimur Æoles, illi enim δημοδένη dicunt pro δημοδένει, & ἔπον pro εἶπον.

Ei diphthongum, quæ apud Græcos in multis dictionibus possessiuis inuenitur, Latini in e longam conuertunt, vt πυθαγόρειος pythagoreus, αἰωνοδένος spondeus, ἀλφειός alpheus. Hoc autem facere solent in penultima syllaba, us pura sequente, vel a, vel um, vt ἀχιλλεύς Achilleus, δειοπέια Deiopea, γυναικείον gynæceum. Hanc verò mutationem ei diphthongi in e, faciunt more Ionico vel Attico: illi enim εἰδέν pro εἶδειν dicunt, μῆον pro μεῖον, πλεῖον pro πλείον.

Ei diphthongum Latini in i mutant, quando ipsam sequitur l, vt νείλος nilus.

Est quando Latini in nominibus possessiuis ei diphthongum in penultima puram habentibus, abiectione i, e correptam ponunt ante us, vt hecτορεus, agnoreus, pro ἑκτώρειος, ἀγνωώρειος. In quo se-

quantur lonas, qui & ipsi i abiiciunt in huiusmodi nominibus, si genitiuus primitiui non sit par nominatiuo possessiui. Quare cum alioquin ἀχίμειος dicere soleant, ἀχίμειος tamen dicunt, ne si ἀχίμειος dicerent, putaretur genitiuus primitiui. Quos etiam in hoc imitantes Latini, pro ei diphthongo e longam ponunt: vt Virgilius Æneidos 4,

Stirpis Achilleæ fastus, &c.

## De Consonantibus.

Consonantes sunt reliquæ omnes literæ præter vocales: earum aliæ mutæ sunt, aliæ semiuocales, aliæ liquidæ.

Quemadmodum vocalium aliæ longæ sunt, aliæ breues, aliæ ancipites: sic etiam in consonantibus quædam sunt longæ, vtputa duplices χ & ζ. Sicut enim longæ vocales, sic hæc quoque longam faciunt syllabam. Sunt similiter in consonantibus ancipites, videlicet l & r, quæ modò longam, modò breuem post mutas positæ in eadem syllaba faciunt syllabam. His quidam non irrationabiliter addunt m & n, quia ipsæ quoque communes faciunt syllabas post mutas positæ, quod diuersorum confirmatur autoritate tam Græcorum quàm Latinorum. Ouid. Metamorphos. decimo,

Piscesámque Gnidon grauidámque Amathunta metallis.

Euripides in Phœnissis,

ἰσότητ' ἔταξε καὶ εὐμὲν διώεσσιν.

In eisdem,

ἀπωλόματα, δύο κακῶσσι ὑδὲς γέκρον.

Apud Græcos inuenitur tamen n̄ ante n̄ posita, nec producens ante se vocalem more mutarum. Callimachus,

πὺς μὶ ὁ μνηστῆρος ἔφη ξένος ὤλεσιν αἰνῶς.

Nulla consonās neque apud Græcos, neque apud Latinos duplicari potest, alia consonante subsequente aut antecedente, nisi sit muta ante liquidam, vt supplex, suffragor, sufflo, effluo, effringo, συγνώμη, συγρηγῶ, συγλύφω, συμημάτων, φθέγμα.

Solent Latini & Græci in compositione dictionum consonantes quasdam hiatus vel euphoniæ gratia dictionibus interserere, vt apparet in prodest, comburo, ficubi, nuncubi, &c. & in Græcis μηκέπ, οὐκέπ, pro μὴ ἔπ, οὐ ἔπ.

## B.

Consonans B, apud Latinos frequenter mutatur in p, antes vel t, in principio syllabæ posita, vt labor, lapsus sum, lapsum: scribo, scripsi, scriptum: nubo, nupsi, nuptum: idque euphoniæ causa: cuius ratio apud Græcos quoque obseruantissimos eius seruata in β π φ consonantium scriptura, vt κρύβω, ἔκρυφα, κέκρυπται: λείβω, ἔλειψα, λέλιπται.

## F, Æolicum digamma.

Reperiuntur Æoles F, digamma pro duplici consonante posuisse, vt νέσορα δὲ Fod̄ παιδός. Nos quoque videmur hoc sequi in præterito perfecto & plusquamperfecto tertiæ & quartæ coniugationis, in quibus i ante u consonantem posita producitur, eadēque subtracta corripitur, vt cu-

piui cupii, cupiuerā cupieram, audii audiui, audiueram audieram.

Inueniuntur etiam Æoles pro vocali correpta hoc digamma vsi, vt *χμαὶ πῦρτι δαΐιον*. Est enim dimetrum Iambicum, & sic est proferendum F, vt faciat breuem syllabam. Latini hoc ipsum fecisse reperiuntur, & pro cōsonante u, vocalem breuem accepisse, quomodo Horatius syluæ trisyllabum protulit in Epodo, hoc versu,

— niuésque deducunt Iouem,

Nunc mare nunc syluæ.

Est enim dimetrum iambicum cōiunctum pen-  
timemeri heroicæ, quod aliter stare non potest, nisi syluæ trisyllabum accipiatur.

Est quando Æoles in metris F, digamma pro nihilo accipiebant, vt

*ἀμύες δ' Ἐπειώωντο θεοὶ τοῖσ' ὤμιοντα φαίεν.*

Est enim hexametrum heroicū. Apud Latinos quoque hoc idem v inuenitur pro nihilo in metris, & maximè apud vetustissimos Comitorū: vt Terēt. in Andria, — sine inuidia laudem inuenias,

Et amicos pares. Est enim iambicum trimetrum. Quod nisi, Sine inui, pro tribracho accipiatur, stare versus non potest. Sciendum tamen, quòd hoc ipsum Æoles quidem vbique loco aspirationis ponebant, effugientes spiritus asperitatem: nos autē in multis quidem, non tamen in omnibus, illos sequimur: vt cūm dicimus vespera, vis, vestis.

Hiatus quoque causa solebant illi interponere F digamma, quod ostēdunt etiam poëtæ Æolidæ, qui eo hac ratione vsi sunt. Alcman. *καὶ χμαὶ πῦρτι δαΐιον*. Et nos quoque hiatus causa interponimus V, loco digāma F: vt Dauus, argiuus, pauo, ouum, ouis, bouis. Hoc tamen etiam per alias quasdam

consonantes hiatus vel euphoniæ causa solet fieri, vt prodest, comburo, sicubi, nuncubi, quod Græci quoque solent facere, *μηκέπ, οὐκέπ.*

F, digamma solet apud Æoles transire in h, quoties ab e incipit dictio, quæ solet aspirari, vt *ῥήτωρ βρήτωρ* dicunt: quod digamma non nisi vocali præponi, & in principio syllabæ potest: ideo autem locum quoque transmutauit, quia B, vel digamma post ρ, in eadem syllaba pronunciari nõ potest. Apud nos quoque est inuenire, quòd pro u consonante, b ponitur, Cælebs, cælestium vitam ducens, per b scribitur, quod u consonans ante cõsonantem poni non potest. Sicut etiam Bruges antiquissimi dicebant teste Quintiliano, primo Institutionum Oratoriarũ. Nec mirum, cum b quoque in (u) cõuertit inueniam, vt aufero pro abfero.

## K.

K litera similis effectus ac speciei est cū κ Græcorum, nisi quòd paululum à Latinis obliquatur. Proprièque non Latinorum, sed Græcorum est. Vnde est, quòd ea Latini non vtuntur, nisi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis vtuntur, vt Kyrie eleison, *κύριε ἐλέησον.*

## H, aspiratio.

H litera non est, sed aspirationis nota, quã Græcorum antiquissimi similiter vt Latini in versu scribebant: nunc autem eam diuiserunt, dextramque eius partem supra literam ponentes, *ψιλῶ* notam habent, quam alii exilem, alii lenem nominat: sinistram autem contrariæ aspirationis, *δασίαν*, quam flatilem appellant.



Aspiratio apud Latinos & Græcos, ante omnes vocales poni potest: post consonantes autem quatuor tantummodo, more antiquo græcorum, videlicet c t p r, vt habeo, Herennius, hyems, heros, homo, humus, hylas, Chremes, Thraſo, Philippus, Pyrrhus. Vocalibus autē ideo extrinsecus aſcribitur, vt minimum ſonet: conſonantibus verò intrinsecus, vt plurimum. Omnis enim litera ſiue vox plus ſonat ipſa ſeſe, cūm aſpiratio poſtponitur, quā cūm anteponitur: id quod vocalibus accidens eſſe videtur. Si enim tollas aſpirationem, non idcirco perit vis ſignificationis. Vt ſi dicam Erennius abſque aſpiratione, quanuis vitium videar facere, intellectus tamen integer permanet. Conſonantibus autem ſic cohæret, vt eiufdem penitus ſubſtantię ſit, adeò vt ſi auferatur, ſignificationis vim prorsus minuat, vt ſi dicā Cremes pro Chremes. Hac ratione conſiderata, græcorum doctiſſimi ſingulas fecerūt eas quoque literas, quippe pro th, θ, pro ph, φ, pro ch, χ ſcribentes: nos autem antiquam ſcripturam ſeruamus. In Latinis tamen dictionibus nos quoque pro ph cœpimus ſcribere f, vt filius, fama, fuga, niſi quòd eſt aliqua in pronuntiatione eius literæ f, differentia cum ſono ph, vt oſtendit ipſius palati pulſus, linguæ, labrorum.

## N

Solebant antiquiſſimi authores Romanorum literam n, in g mutare, ſequentē g vel c, euphoniæ cauſa: dicebant enim Agchiſes, agceps, aggulus, aggens, pro Anchifeſes, anceps, angulus, angens. Id quæ ad imitationem Græcorum, qui γ ante γ κ ξ χ in γ

mutant dicentes ἀγγείον, ἄλκυρα, ἄλκυρον, ἀπάγξομαι, ἀρχιάλος.

N apud Latinos transit in m, sequentibus m, vel p, authore Plinio, Papiniano & Probo, vt Imbibo, imbellis, imbutus, immineo, immitto, immotus, improbus, imperator, impello: idque ad imitationem Græcorum, qui & ipsi suum ν ante β μ π φ in μ mutant, dicentes ἐμβάλλω, ἐμπνέω, ἐμμένω, ἐμφορέω, pro ἐνβάλλω, ἐνμένω, ἐνπνέω, ἐνφορέω.

Litera N, à græcis nominibus in ων desinentibus abiicitur, cùm in latinam formam transeunt, vt Demipho, Simo, Ico, draco, pro δεμιφῶν, σιμῶν, λεῶν, δρακῶν. Contrà fit in Latinis nominibus in o desinentibus, quando in Græcam formam migrant: assumunt enim ν, vt κικέρων, καίτων, pro Cicero, Cato.

N sequente r in compluribus dictionibus in r conuertitur, vt corruo, corrumpo: & fermè ubique præpositio ῥ(Con) ante dictionem ab r incipientem ponitur, hoc idem patitur, vt corruo, corrigo, pro congruo, conrigo. Quod idem & apud Græcos fieri solet: dicunt enim συρρέω, συρρήστω, συρράπιω, pro σιωρέω, σιωρήστω, σιωράπιω.

## R & S.

R & S, literas Græci vim penè literarum vocalium habere affirmant, vnde r quoque aspiratur, sicut aliæ vocales apud Græcos, rhetor, Rhodanus, Pyrrhia, Pyrrh'. Et s similiter vim vocalis habere dicunt, id quod ex latina lingua maximè intelligere possumus, cum s litera in metro & liquescit, & synalæpham facit, vt Ponite spes sibi quisque, Aut ouium fœtus, aut vrentes culta capellas.

S, in dictionibus à Græcis sumptis, Latini pro

aspiratione vtuntur, vt semis, sex, septem, se, fal:  $\eta\mu\iota\varsigma, \sigma\zeta, \epsilon\pi\acute{\iota}\alpha, \acute{\epsilon}\alpha\lambda\varsigma$ , apud illos aspirationem habent in principio. Adeo autē magna cognatio est huic literæ cum aspiratione, vt pro ea in quibusdam dictionibus solent Boeotii h scribere, muha pro musa dicentes.

S, apud Latinos sæpenumero transit in x: dicunt enim pistrinx pro pistris, & Ajax pro Aias. In quo imitatur Dores, qui & ipsi  $\sigma$  in  $\xi$  mutant,  $\sigma\rho\nu\nu\iota\zeta$  pro  $\sigma\rho\nu\nu\iota\varsigma$  dicunt. Quin & Attici  $\xi\acute{\upsilon}\mu\pi\alpha\nu$  pro  $\sigma\acute{\upsilon}\mu\pi\alpha\nu$ , &  $\xi\upsilon\mu\beta\upsilon\lambda\eta$  pro  $\sigma\upsilon\mu\beta\upsilon\lambda\eta$  pronunciant.

S, antecedente v, & sequente a vel e, sæpe tam vocalis quàm consonantis vim amittit, vt suadeo, suavis, suesco, suetus. Quod apud Æoles quoque  $\upsilon$  sæpe patitur, amittendo scilicet vim literæ in metro, vt  $\alpha\omega\phi\omega\grave{\alpha}\lambda\lambda\alpha\ \iota\upsilon\delta\acute{\epsilon}\alpha\ \epsilon\lambda\theta\epsilon\tau\epsilon\ \pi\acute{o}\pi\acute{o}\sigma\alpha\tau\epsilon\ \epsilon\acute{\rho}\omega\tau\alpha$ . Similiter  $\pi\acute{\iota}\lambda\upsilon$  dissyllabum inuenitur apud eosdem, cum  $\upsilon$  non est diphthongus.

S, pro  $\zeta$ , solemus geminatam ponere, vt patrisso pro  $\pi\alpha\tau\epsilon\iota\zeta\omega$ , pitisso pro  $\pi\acute{\iota}\zeta\omega$ , massa pro  $\mu\acute{\alpha}\zeta\alpha$ .

Latini Tu & te dicunt, mutant s in t, ad imitationem Doriensium, qui  $\tau\upsilon$  pro  $\sigma\acute{\upsilon}$  dicunt,  $\sigma$  in  $\tau$  conuertentes, sicut & Attici, dicentes  $\theta\acute{\alpha}\lambda\alpha\sigma\sigma\alpha$  pro  $\theta\acute{\alpha}\lambda\alpha\sigma\alpha$ ,  $\theta\rho\eta\sigma\sigma\alpha$  pro  $\theta\rho\eta\sigma\alpha$ ,  $\eta\pi\acute{\iota}\omega\sigma\sigma\alpha$  pro  $\eta\pi\acute{\iota}\omega\sigma\alpha$ .

Literæ S, præponitur p, & loco  $\psi$  græcæ fungitur. Quæ duplex non sine ratione à Græcis addita est: nam multò meliorem & volubiliorem sonum habet  $\psi$ , quàm ps, vel bs. Hæ tamen, id est, bs, non debent poni pro  $\psi$ , hoc est, in eadem syllaba coniunctæ, nisi in fine nominatiui, cuius genitiuus in bis desinit, vt vrbs vrbis, cœlebs cœlibis, arabs arabis.

Y &  $\zeta$  tantummodo ponuntur in Græcis dictionibus. Has in multis veteres mutasse inueniunt.

eur, & pro υ ν, pro ζ verò, quod pro σ̄ coniunctis  
accipitur, s vel d posuisse, vt fuga, murrha, pro φυ-  
γή, μύρρα : sagunthum, massa, pro ζάκυνθος, μάζα,  
odor quoque ἀπό τῆ ὄζειν, sythus pro ζυθός dicentes,  
& Medentius pro Mezentius.

Semiuocales apud Græcos & Latinos aliis semi-  
uocalibus præponuntur in eadem syllaba, vt Mne-  
stheus, annis, μήμη, ὀμνίω. S quoque sequente m,  
vt smyrna, smaragdus, σμικρὸς, σμερδαλέος.



# Collatio Lin-

G V Æ L A T I N Æ C V M  
Græca, per partes orationis : ac  
primùm de nomine.

## DE NOMINIBVS possessiuis.

**P**OSSESSIVA nomina apud  
græcos in *κος* terminantia, Latini  
per *cus* efferunt, antecedentibus a  
breui, vel *i*, vel *y*, vt *ἀσιατικός* asiaticus,  
*κυπριακός* cypriacus, *λιβυκός*  
Libycus.

Possessiuia Græca non solùm à primitiuis, sed  
etiã à deriuatiuis deducuntur, vt *πρώτος* *ἑθνικός*, *ζεάμμα*  
*πος* *ζεαμματικός*, *ρήτορος* *ῥητορικός*. Sic à *mulio*, *mulio-*  
*nis*, *mulionica* penulã, Cicero pro *Sestio* dixit.

Quemadmodum possessiuia masculina tres ter-  
minationes habent, videlicet *ιδης* *ων* καὶ *ἄδιος*, sic  
etiam fœminina totidem habent, nempe *ας* *ις* & *ην*  
productam : vt à *πριαμιδης*, *πριαμις*; à *πηλείδης*, *πι-*  
*ληας*; ab *ἀδρασείδης*, *ἀδρασεΐνη*; à *νηρείδης*, *νηρεΐνή*. Quam  
terminationum formam Latini quoque imitatur

## De Patronymicis.

Nominum patronymicorũ apud Græcos sunt  
tres formæ, vna in *δης*, quæ dicitur communis

apud illos, quòd in sermone possunt hac vti, quæ sola Latini quoque poëtæ vtùtur. Virgil. 2. Georg.

Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

Sunt & aliæ duæ formæ, vna in ων terminata, quæ Ionicæ linguæ propria est, vt *πηλείων* pro *πηλείδης*: altera in αδος, quæ est Æolica, vt *ἱρράδος*. Verùm his duabus non vtuntur Latini.

Omnia nomina apud Græcos terminantia genitium vel in ος vel in οις diphthongum, vel ως, mutant eas in ιδης, & faciunt patronymicum, vt *πριάμος* *πριάμου* *πριάμίδης*, Priamides: *νέτωρ* *νέτωρος* *νέτωρίδης*, Nestorides: *πλειάδης* *πλειάδους* *πλειάδιδης*, Plistenides: *πηλὸς* *πηλέως* *πηλείδης*, & per *συναιρέσιν* *πηλείδης*. Latini pro ea i longã ponūt: vt Virg. in 5,

- Pelidæ tunc ego forti Congressum Æneam.

Ouid. epistola 8,

Pelides vtinam vitasset Apollinis arcus. Inueniuntur tamen poëtæ tam Latini quàm Græci in quibusdam addentes literas vel adimentes. Addentes, vt Ouid. Metamorph. 1,

Sedit Atlantiades, & euntẽ multa loquendo, &c. pro Atlantides. Ad eundem modum Virgilius Anchisiades fecit, ab Anchise, addendo a, cùm regulariter Anchisides vel Anchisades facere deberet. Nunquam enim patronymicum superat primitiui sui genitium, nisi vna syllaba. Adimentes, vt Ænides pro Æneades. Virgilius Æneid. 9,

Sit satis Ænide telis impunè Numanum

Oppetuisse tuis.

## De primitiuis & deriuatiuis.

Primitium pro deriuatiuo interdũ solent ponere Latini. Virgil. Æneid. 4,

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto  
Dardanus. Pro Dardanius. Idem in 2,

- Ipse deos in Dardana fuscitat arma. pro Dar-  
dania. Sic etiam Græci. Homerus,

πὴν δ' ἔκτανε δάρδανος ἀνὴρ, ἀνὴ τὴν δαρδανίως.

Contrà deriuatiuum loco primitiui sæpe positum  
inuenitur. Liuius Andronicus in Odyſſea, Neque  
enim te oblitus sum Laërtie noſter. Idem in Sere-  
no, Cura nunc Laërtie velle, para ire Ithacam. pro  
Laërtes. Quomodo & Græci λαέρπος pro λαέρτης  
dicunt. Sophocles in Aiace,

αἰεὶ μὲν ὦ παῖ λαερπίου δέδραχάσι. λαερπίου dixit pro  
λαέρπου primitiuo.

Apud Latinos & græcos multa inueniuntur fœ-  
minina à masculinis deriuata, non eiusdem signi-  
ficationis, vt à fiber, fibra, à liber, libra, à δράκων,  
δράκμηνα, hoc est, μάστιξ vel ὑσριχίς, flagellum ex setis  
suillis, quo cadebatur serui, apud Aristophanem.  
Sic λάκωι λάκμηνα, λέων λέμηνα, quæ non habent si-  
milem significationem.

## Nomina numeralia.

Latini dicunt Vndeuginti, vndetriginta, duo-  
deuginti, duodetriginta, & similitèr per cæteros  
denarios numeros. Horat. in secundo Sermonum,

Vndeoctoginta annos natus cui stragula vestis.

Ad eundem modum Græci loquuntur, δυῶν δέοντα  
ἑκατὸν ἔτη, δυῶν δεούστων ἑκοσι ναῶν. Thucyd. lib. pri-  
mo, καὶ αὐτῆς ἐνδὸς δέον τριακοσῶ ἔτη, vndetrigesimo an-  
no. Idē, πενήκοντα δυῶν δέοντα, duodequinquaginta.

Sed est etiam quando multum demunt, vt apud  
eundem, τὰ γὰρ πλείστα τετρακοσίων ἀποδέοντα μωρία ἐγέ-  
γοντο, minus trecentis.

## De Comparatiuo.

Est quando comparatiuus ad comparatiuum comparatur tam apud Græcos, quàm apud Latinos, vt Fortior Achilles Hectore fortiore Patroclo. Hom. Odyss. α.

εἰ κείνον γ' ἰθάκηνδε ἰδούια το νοσήσαντα

παίτες κ' ἀρησάματ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶν

ἢ ἀφρότεροι χυσοῖο ἢ ἐαθήτες τε. Hoc est, pedibus leuiiores, quàm auri vestimētorumq; ditiores. Cicero Philippica 2, Quis interpretari potest, impudentiōrne qui in Senatu, an improbiōrne qui in Doblabbellam, an impuriōrne qui in illam miseram tam spurcè, tam impiè dixeris?

Comparatiuus interdum loco Superlatiui positus inuenitur: vt apud Catullum,

Hespere qui cælo lucēs iucundior ignis. pro iucundissimus ignis. Ad eūdem modum Græci quoque comparatiuo vtuntur, dicentes, παύτων σφώπερος ἰωὺ ὁ ἑκράτης, pro σφώπετος. Sic μεῖζων ἢ τούτων ἢ ἀγάπη, pro μεγίστη.

## De Superlatiuo.

Pro Superlatiuo Positiuus gradus aliquādo positus reperitur tam apud Græcos quàm apud Latinos. Virgil. Æneid. 1,

Optima cælicolūm, Saturnia magna dearum.

Magna dixit pro maxima. Sic Galenus in Anatomicis, διὰ βάρους δὲ ἢ μεγάλης πασῶν, pro μεγίστη. Verūm de his in Constructione amplius videbis.

Superlatiuus (Proximus) à prope nonnunquam positiui significationem habet, maximè apud Legislatores, cum pro cognato accipitur: & tunc cō-



paratiuè profertur. Dicunt enim proximiores, pro propioribus cognatis: vt Vlpian. lib. 25. ad ediçtũ, Si quis proximior cognatus nasceretur. Sic Vegetius libro primo rei militaris, Sed latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint vulnus accipere, & proximior dextra sit, quæ plagam possit inferre. Eiusmodi apud Græcos quoque inueniuntur comparatiui & superlatiui denuò comparati, vt ab ἔχρατος ἔχρατώπατος dixit Aristoteles, cùm ἔχραπος sit superlatiuus. Pythagoras à περισσῶτος περισσώπτος, κρατεῖν δὲ ἐγίξεν πάνδε,

Γασρὸς μὲρ περισσῶτα, & ὕπνου, λαγνήεις τε. &c.

Sic ab ἄρειον cōparatiuo faciunt, ἀρειοτέρον, ἀλαίον λαίπρον, ἀμείζον μείζότερον, ἀκαρτέρον ἀκαρτερώτερον, ἀχέρσον χερσότερον, ἀπλείον πλείότερον, ἀρῶον ῥαώτερον.

## De terminationibus nominum in genere.



Nomina apud Græcos in *ως* desinētia, mutatione *ως* diphthongi in e longā Latini proferunt, vt ἀχιλλεύς Achilles, Ὀδυσσεύς Ulysses. In quo sequuntur *Δορες*, qui pro φίλδης, φίλης, & pro ὀρφύς ὀρφης & ὀρφω dicunt, pro τυδέης, τύδης. Sic Antimachus in primo Thebaidos, τύδης δὲ θινείδης. Similiter Ibycus ὄνομα κλυτὸν ὀρφω dixit. Ab huiusmodi nominatiuis, eius in es conuertentibus, vocatiuum in e longam Græci terminant, vt ᾠή τυδή, ᾠή ὀρφη. In quo casu eos aliquando imitantur Latini, dicētes Achille, Perse. Ouid. Metamorphos. 13,

Téque tuis armis nos te potiremur Achille.

Nomina in os masculina, ablata s, & addita ris, faciunt genitiuum, vt lepos leporis, ros roris. Alia

verò omnia in tis desinunt, vt sacerdos sacerdotis, compos cōpotis, impos impotis. Excipitur hic & hæc bos, bouis, quod ideo assumit genitiuo u, loco digamma, quia Æoles quoque solent inter duas vocales eiusdem dictionis digamma ponere, quos in multis sequuntur Latini, ofis ouis, dafos dauus, ὄσφορ ouum. In nominatiuo quoque huius nominis Latini sequuntur Græcos: nam & Æoles & Dores βῶς pro βοῖς dicunt, & diphthongū in ω longam conuertentes.

Nomina propria in a terminantia apud Latinos, cū in Græcam formam transeunt, assumunt s, vt Catilina, Sylla, Fimbria, Aquila, καπλίνας, σύλλας, φιμβρίας, ἀκύλας. Contrà, nomina græca tam fluuioꝝ, quàm alioꝝ in as terminantia, Latini plærunque sine σ proferre solent, vt Marsya pro Μαρσύας, Chærea pro χαιράας, Sofia pro σῶσις. Lucan. in tertio,

Quà celer & reatis descendens Marsya ripis  
Errantem Mæandron adit, &c.

Nomina Græca in os terminantia, græcum genitiuum sequuntur inter declinandum, os finali in is conuersa, vt χρυσέως χρυσέωπις, Chryseros Chryserotis, ἥρωις ἥρωος, heros herois, μίνωις μίνωος, Minos Minois. Salustius tamen protulit Minonis genitiuum, in secundo historiarum. Dædalum ex Sicilia profectum, quò Minonis iram atque opes fugerat. Nec id sine exemplo Græcorum: Syracusit enim ἥρων ἥρωνος dicunt, pro ἥρωις ἥρωος.

Nomina Græca in ων terminantia solebant antiqui Latinorum ablata n proferre, & secundum regulam nominum in o desinentium declinare, quod vbique Terentius facit: vt hic Antipho, huius Antiphonis, draco draconis, leo leonis. Cic. in

Frumentaria, Tum iste Veneriis magna voce imperat, vt Xenon audiret . pro Xenon græco . Idem pro Murena , zeno pro zenon dixit. Horat. tertio Carminum, -diffidit vrbium Portas vir Macedo, & subruit æmulos. pro μακεδών.

Nomina græca in ρος terminantia plærunque mutant ρος in er, cùm in latinam linguam transferuntur, vt Μένανδρος, Menander, Αλέξανδρος, Alexāder, Μελέαγρος, Meleager. Excipitur Gongrus, quãuis Gonger dixit Plautus in Persa, Memini, vt murena & gonger ne calefierent . Sic Codrus, Petrus, Scombrus, Hydrus, Ebrus, Amphimacrus, Locrus, quæ o in u mutant, non ρος in er.

In us puram desinunt possessiua tā græca quàm latina, antecedente e correpta & producta, i correpta, o producta, æ vel œ diphthongo, e breui, vt Cæsareus, ferreus, aureus, argenteus, χρύσιος, ἀργύριος, μάρμαρος. Et fermè omnia ad materiam pertinentia e breuem ante us habent. E verò longam, spōdeus, phœbeus. I breuem, Martius, aruissius, οὐρανίος, θαλάσσιος, ἐνάλιος. O productam, herous, eous, Ἡρώων, ἠώος. Æ, sabæus, cretæus. Æ verò diphthongum penultimam habent, quæ à fœmininis in e longam apud Græcos desinentibus, vel à verbis Græcis deriuantur circumflexis, vt Crete, Cretæus, κρηταῖος, ὕλη, ὑλαῖος, πολεμῶ Ptolemæus, Τιμῶ Τιμαῖος, Timæus. Œ antecedente, vt Eubœa, Eurœa.

Nomina in x desinentia, si à verbis sint in go desinentibus, ablata x & addita gis, faciunt genitiuum, vt grego, grex, gregis: remigo, remex, remigis: lego, lex, legis: rego, rex, regis: coniungo, coniunx, coniugis. In quo Græcos, vt in omnibus ferè imitantur Latini: apud illos enim si

in  $\xi$  desinentia nomina verba habeant cum  $\gamma$ , genitiuus quoq; per  $\gamma$  declinatur, vt à λέγω, λέλειξ, λέλεγος. Vnde frux etiam frugis facit genitiuum, quia ἀπὸ τοῦ φρύγω verbo nascitur.

## De Generibus nominum.

Græca nomina tam in as, quàm in alias quascūque terminantia syllabas, eadem seruant genera apud Latinos, quæ habent apud Græcos, si eandem seruent terminationem apud illos, quam habent apud hos. In multis enim videmus commutatione terminationis, genera quoque esse cōuersa, vt ὁ κρατήρ, hæc cratera: ὁ χάρτης, hæc charta, ὁ κηρός, hæc cæra: ὁ ἀμφορεύς, hæc amphora: ὁ πανθήρ, hæc panthera. Horat. Epistolarum 2,

Diuersum confusa genus panthera camelo,  
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora.

## De Numero.

In nominibus, pronomibus & participiis inueniuntur apud Latinos voces communes singularis & pluralis numeri, vt ποῦτα, viri, fluctus, genitiui singulares & nominatiui plurales sunt: similiter cædes, Verres, dies, res, nominatiui tam singulares quàm plurales sunt: isti verò & ipsi & illi datiu singulares & nominatiui singulares. Idem apud Græcos fit & in nominibus & in verbis. In nominibus, vt ἡ ἱερά, καὶ τὰ ἱερά: ἡ δίκη, καὶ τὰ δίκη. In verbis, vt εἶπον tam singulare est primæ personæ, quàm plurale tertiæ præteriti imperfecti. Sic εἶχαρον, ἔλεγον, ἐπλάττον, ἐλάλον, ἐποίηον, vt εἶχαρον ἐγὼ λίαν, οἱ τε φίλοι σπύχαιρόν μοι. Apud Latinos verò id

nunquam contingit in verbis.

## Casus nominum.

In multis nominibus inuenimus nominatiuum latinum à genitiuo græco factum, vt *ἐλεφας ἐλεφαντος*, hic elephas, huius elephantis, & hic *ἐλεφάντης*, huius elephantis. Iuuen. Satyra 4,

Rursus ad Æthiopū populos, aliosq; *ἐλεφάντος*. Similiter *ἄβαξ ἄβακος*, hic abax, huius abacis, & hic abacus, huius abaci. Sic ab *αραβς*, arabos, arabus, arabi. Virgil. Æneid. 7,

Hircanisq; Arabisque parant seu tendere ad Indos. qui est à nominatiuo hic Arabus. *Ἀδελφῖν, ἀδελφῖνος*, delphinus, delphini: *ἄπειρος, ἰτιάνος*, Titanus, Titani. Plaut. in Menæchmis, *Barbatum tremulum Titanum* qui lucet cygno patre. Nec non & ab accusatiuo græco fit nominatiuus latinus, vt *Πάνθηρα, κρατήρα*, à *παρῆρα, κρατήρα*. In quo Latini Græcos imitantur, qui sæpe & genitiuo & aliis casibus pro nominatiuo sunt vsi, vt *ὁ μάρτυρ, τῷ μάρτυρος, ἐμάρτυρος, μάρτυρα: ἰκπῆν, ἰκπῆνος, ἰκπῆτος, ἰκπῆνα: φύλαξ, φύλακος, ἐφύλακος, φυλάκου*. id quod Æolicæ linguæ propriū est, vtentis genitiuo pro nominatiuo.

Genitiuum primæ declinationis fæmininorum solebant antiquissimi Latinorum in as more Græcorum terminare. Dicebant enim *εσας* pro *εσα*, *μονetas* pro *μονετα*, *Λατονας* pro *Λατονα*, *terras* pro *τερρα*. Vnde adhuc *paterfamilias* & *materfamilias* pro *familiæ* solemus dicere, & frequēs hoc habet vsus.

Vocatiuus casus primæ declinationis in à correptam effertur, vt *ὁ ποιητα*, *ὁ μουσα*, nisi sit græcus,

& apud Græcos producens a, seruet eandem etiam apud Latinos productam, vt Ænea. Virgilius Æneid. x,

Ænea, vigila, & velis immitte rudentes.

Est tamen quando Græcorum nominum in es productam terminantium, vocatiuus in e longam exit secundum Græcos, vel communiter vel poëticè, vt Achate, Anehise, Laërtiade. Virgilius Æneid. 3,

Coniugio Anchise Veneris dignate superbo.

Horat. in secundo Sermonum,

O Laërtiade quicquid dicam, aut erit aut non.

Virgil. Æneid. 8,

Sit satis Ænidel telis impunè Numanum

Oppetuisse tuis, &c.

Nec solùm in his, quæ sunt primæ, sed etiam in illis quæ sunt tertiæ, id est, in omnibus græcis es producta finitis, similiter inuenitur vocatiuus in e productam proferri. Ouid. Metamorph. 13,

Tuque tuis armis, nos te potiremur Achille.

Ad eundem modum Græci quoque poëtæ vocatiuos nominum in ης terminantium per η proferunt, cum regulariter debeant habere a. Sic Anacreon κάλλι, λαμπήτη posuit, pro κάλλα, λαμπήτα. Hippo-  
ναχ, ἀπήτη pro ἀπήτα. & Apollonius Argonaut. 3,

αἴητη, κείνῳ μὲν ἄφαρ δίδχευαν ἄελλα. pro αἴητα.

In eodem,

αἴητη, χέομαι τῷ δὲ σὺλω, οὐτὶ γὰρ αὐτῶς.

In fœmininis etiã Alcæus νέπη pro νέπης, & Theopompus χάρη pro χάρης posuit. Id verò Ionicæ linguæ proprium est, quæ a in η conuertere solet.

Nomina in as desinentia masculina, si nt habeant in genitiuo, vocatiuum in an volunt terminare more Græco, vt Calchan, Calchantis, ò Calchan vel

ὁ Calchas: Pallas, Pallantis, ὁ Pallan vel ὁ Pallas. Virgilius tamen auctoritate poëtica ὁ Palla protulit, *Æneid.* 11,

-salue æternùm mihi maxime Palla. In eodem, Quin ego non alio digner te funerè Palla. In quo Græcorum poetas secutus est Hom. *Iliad.* μ, πολυδάμα, σὺ γὰρ ἐπὶ ἐτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγροῦδες. πολυδάμα dixit ἀπὸ τῆς πολυδάμαν. Sic Menander in Dardanio δρία παῖ dixit, pro δριαν.

Latini in vocatiuis in ie desinentibus tam græcorum quàm latinorum nominum concisiones faciunt, dicentes Palladi pro Palladic, & Terenti pro Terentic. Idem & in aliis græcis dictionibus plærunque faciunt, breuitate videlicet gaudentes, vt pro πολυδεύκης Pollux dicunt, pro διδῶ do, pro εἰμὲ me, pro βούλομαι, volo, diphthongo mutata in o & abiecta *μαι*: pro φέρεις, fers, pro ἐδίεις, edis: sum quoque pro εἰμὲ, per abscissionem *ι* finalis, & additionem *s* in principio, loco aspirationis, sicut ὄξ *σεξ*, ἐπὶ ἅ septem, &c. & mutatione *ει* in *ν*, εἰμὲ sum.

Ablatiuus casus etsi Romanorum proprius sit, tamen hunc quoque à vetustissimis Græcorū grāmatici accepisse videntur Latini, qui sextum casum dicebant οὐρανόθεν, ἐμέθεν, qui profectò ablatiui vim possidet: nam etiam præpositionem assumit, vt ὄξ ἐμέθεν, ὄξ οὐρανόθεν. Homerus,

ὄξ ἐμέθεν γὰρ φασὶ κακὰ εἰμμεναι.

Ablatiuus casus, quo Latini Græcos superant, est quando pro genitiuo & datiuo græcis accipitur. Pro genitiuo, quando præpositionibus vel aduerbiis ablatiui casus subiungitur, vt ex illo, ab illo, pro illo, coram illo, cum illo, ὄξ ὀκείνῃ, ἀπὸ ὀκείνου, ἀπὸ ὀκείνῃ, ἐμπροσθεν ὀκείνῃ, μί' ὀκείνῃ. Et quando nominis & participii ablatiuus, verbo & nominati-

uo alterius nominis cum transitione personarum adiungitur, vt sole ascendente dies fit, ἡλίου ἀνάσταντος. Traiano bellante victi sunt Parthi, πρᾶξιανος πολέμου. Pro datiuo, quando cū in vel sub præpositionibus iungitur, vt in illo, sub illo, ὄν ἐκείνω, ὑπὲρ ἐκείνω: & quando ipsum ablatiuum per accusatiuum & præpositionem (per) interpretatur, vt video te lumine, ὁρῶ σε τοῖς ὀφθαλμοῖς. Latini Ablatiuum instrumenti vocant.

Ablatiuus casus in comparatione absolutè ponitur sine præpositione apud Latinos & Græcos. Homerus Iliad. ἀ, οὐ γὰρ ἔστιν ἔτι χρεΐων. Pro quo Latini, Nihilote est inferior.

Latini frequenter, & maximè historici ablatiuus vtuntur cum præpositione, pro genitiuis & datiuus in loco significationem habentibus, vt In Tyro, pro Tyri: In Taurominio, pro Taurominii: in Sorte pro Sorti. Eodem modo Græci ἐκ ἀθωῶν, pro ἀθωῶν, ἐν ἀθωῶν, pro ἀθωῶν dicunt.

## Declinatio nominum.

Nomina græca in a terminantia, iuxta normam tertiæ declinationis, addita tis genitiuum faciunt, vt hoc peripetasma, huius peripetasmatis: hoc poema, huius poematis. Hæc tamen antiquissimi secundum primam declinationem sæpe protulerunt, & in genere fœminino, vt Plautus in Amphitryone, Cum seruili schema, pro schemate. Idē in Perfa, Theatrum lepida cum decorat schema. Idem in Milite glorioso, Glaucomam ob oculos obiiciemus, eumq; ita Faciemus, vt quod viderit ne videat. Quidam autem in um, teste Celso, huiusmodi nominum protulerunt nominatiuos,



hoc emblematum, huius emblematis: hoc toreumatum, huius toreumati declinantes. Vnde frequens vsus eorum datiuos & ablatiuos plurales in is terminat, his & ab his schematis, emblematis, peripetasmatis, toreumatis, quibus casibus frequenter vtitur in Verrinis Cicero.

Latini in nominibus propriis, formā patronymicorum habentibus, frequentissimè prima & tertia declinatione vtuntur, vt Thucydides, Thucydida & Thucydidis: Mithridates, Mithridata & Mithridatis: Tigranes, Tigrana & Tigranis. Ad eundem modum Græci quoque eiusmodi nomina Parthica ancipiti terminant genitiuo, modò *ς*, modò *ςς*, vt *Τιγρανίς, πηραίου* vel *Τιγράνους*.

Nomina græca in e productam terminantia dupliciter declinantur, vel Græcè, vt Libye Libyes: vel secundum consuetudinem latinam, mutata e in a, & accepta e, faciunt in æ diphthongum genitiuum, vt Helena Helenæ.

Nomina græca in *ας*, in *ου* vel in *α* desinentia in genitiuo græco, primæ sunt declinationis, vt *ὁ λυσίας τῆ λυσιού*, hic Lysias, *Λυσία: ὁ αὐταὶ τῆ αὐταί*, hic antas, huius antæ. Huiusmodi nominum nominatiuum frequenter sine s terminali solent Romani proferre, vt supra dictum est. In os autem terminantia genitiuum græcum, o in i mutata faciunt latinum genitiuum, vt *κάλχας κάλχαντος*, hic Calchas, huius Calchantis: quanuis hic Calchas, huius Calchæ antiquissimi declinabant. Plautus in Menæchmis, Nouistin' illum? Noui cū Calcha simul.

Nomina græca in es productam, ab *ης*, terminantia genitiuum græcum in *οις*, vel *εος*, vel *ος*, mutantia *ου* vel *ο*, vel *έο* in i, faciunt genitiuum latinum, vt *παλαμίδης παλαμίδου*, Palamedes Palamedis:

C.i.

ἑποκλῆς ἑποκλῆος, Eteocles Eteoclis, χρέμης χρέμητος  
 Chremes Chremetis & Chremis. Terent. in Andria, Etiam puerum inde abiēs conueni Chremis. Idem in eadem, Egomet continuò ad Chremem. Sic quoque ῥάμνης ῥάμνητος, Rhamnes Rhamnetis & Rhamnis, quod græcum esse ostendit aspiratio post r posita, quod in latinis nominibus non fit. λάχης λάχητος, Laches Lachetis & Lachis. Sic & similia in τος terminantia genitium græcum. Nec est mirū, duplicē declinationē hæc habuisse apud Latinos, cūm apud Græcos quoq; inueniātur huiuscemodi ancipitem declinationem habentia, teste Herodiano. γύγης, nomen Gygantis, γύγυς ἢ γύγητος: κώμης (proprium) κώμου ἢ κώμητος: μύκης, μύκου ἢ μύκητος: ὀ μιλῆς, μιλῆου ἢ μιλῆτος: ὀ πέλης, πέλης ἢ πέλητος: μίγης, μίγυς ἢ μίγητος: πύλης, πύλου ἢ πύλητος. Similiter Thales, Menes, Ageles, Galles, Dares, variè declinantur. Vnde Virgilius duplicem accusatiuum græcum protulit Æneid. 5. Dareta & Daren, illos secutus, qui πόδητα ἢ πόδω, μύθητα ἢ μύτην protulerunt: vt

Præcipitēque Daren ardens agit æquore toto.  
 In eodem,

Sed finem imposuit pugnae, fessūmque Dareta.  
 Sin in ου terminant genitium græcum, primæ declinationis sunt, vt ἀχάτης ἀχάτου, Achates Achates: ἀχιχίης ἀχιχίτου, Anchises Anchisæ. Sæpissimè tamen huiuscemodi nomina antiqui secundum tertiam protulerunt declinationem, vt Orontes, Orόντης ἢ Orontis: Timarchides, Timarchιδῆς ἢ Timarchidis: Herodes, Herοδῆς ἢ Herodis. Horatius Epist. 2,

Præferat Herodis palmetis pinguibus, alter, &c.  
 Cic. Tuscul. 1, Non sine causa cūm Orestis fabu-

Iam doceret Euripides. Et sciendum, quòd in huiusmodi nominibus, quando tertiæ sunt declinationis, frequentissimè veteres datiuum proferebãt pro genitiuo, vt Aristoteli, Demostheni, Thucydidi, Euripidi : pro Aristotelis, Demosthenis, Thucydidis, Euripidis. Virgil. Æneid. 1,

Præcipuè pius Æneas nunc acris Oronti,  
Nunc Amyci casum gemit. Idem in eodem,  
Troas reliquias Danaùm atq; immitis Achilli.

Terentius in Heautont. Archonidi filiam, pro Archonidis. Cicerò in quarta Verrina, In Timarchidi potestate sociorum populi Romani antiquissimorum atque amicissimorum liberos, matressfamilias, bona, fortunásque omnes fuisse.

Nomina in is desinentia græca, si in genitiuo græco consonantem habuerint ante os, o in i mutãt, & faciunt latinum, vt ἄδωνις ἄδωνιδος, hic Adonis huius Adonidis: εὐπολις εὐπολιδος, Eupolis Eupolidis: δώρις δώριδος, Doris Doridis: ἑπις ἐπιδος, Thetis Thetidis: εὐχαρις εὐχαριδος, Eucharis Eucharidis: ἐπιχαρις ἐπιχαριδος, Epicharis Epicharidis. Si in os puram græcus desinat genitiuus, similis erit nominatiuo apud Latinos, vt ἄδωνις ἄδωνιος, hic Adonis, huius Adonis: νεάπολις νεάπολιος, hæc Neapolis, huius Neapolis. Si apud Græcos in ις diphthongum terminent, nt habet in genitiuo latino, vt σιμόεις σιμόεντος, Simois Simoentis.

Nomina græca in os desinentia, si dum in latinam mutantur formam, o in u conuertunt, secundæ sunt declinationis, vt Κύρος, Cyrus Cyri: πύλος, pylus pyli: πέλαγος, pelagus pelagi. Sic χῆος, chaus chai. Ouid. Metamorph. 14,

Et noctē noctisq; deos herebóq; chaóq; Cōuocat.  
Excipiuntur tamen, quæ in ρος desinentia, antecce-

dente sub eadem syllaba consonante, *ρος* in *er* ut plurimum conuertunt, ut *ἀγρός* *ager*, *Μένανδρος* *Menander*, de quibus supra dictum est. Sin eiusdem sint & apud Græcos terminationis, in is faciunt genitiuum: à genitiuo enim græco mutant *ο* in *i*, & faciunt genitiuum latinum, ut *ὁ οἰδίπους*, *τὸ οἰδίπους*, *Ædipus* *Ædipodis*. quauis Plautus in *Pœnulo* ablatiuo casu ab *Ædipo* dixit, Nam isti quidem hercle orationi *Ædipo* opus est coniectore, qui *Sphyngis* interpretis fuit. *μελάμποις μελάμπος*, *Melampus* *Melampodis*. *Panthus* & *Eunus* & *Antinus*, quæ per *συνæresιν οος* in *οις* diphthongū apud Græcos proferuntur, cū apud illos secundum integrorum regulam declinentur, id est, in *ος* desinentium (in *υ* enim diphthongum terminant genitiuum) apud nos quoque debent esse secundæ declinationis. Sicut igitur illi *παῖθος παιθού*, καὶ *παῖθους παιθου* declinant: sic nos *Panthous* *Panthoi*, & *Panthus* *Panthi*. *Horatius* *Alcinous* *Alcinoi* declinauit, in *Primo* epistolarum,

Nos numerus sumus fruges consumere nati,

Sponsi *Penelopes*, *nebulones* *Alcinoique*.

Apud *Virgiliū* tamen nominatiuus & uocatiuus secundum Græcorum regulam inuenitur prolatus. *Æneid.* 2,

*Panthus* *Othriades* arcis *Phœbique* sacerdos.

In eodem,

Quo res summa loco *Panthu* quam prendimus arcem?

Nomina græca in *x* desinentia, cū iuxta latinam formam declinantur, eandem seruant ante is consonantem in genitiuo, quam in græca declinatione ante *us* habuerunt, ut *νύξ* *νυκτός*, *nox* *noctis*: *φαίαξ* *φαίακος*, *phæax* *phæacis*: *σπίγξ* *σπιγγός*, *Sphinx*

Sphingis : ὄνυξ ὄνυχος, onyx onychis, genus lapidis.

Nomina in ix desinentia penultimam longam habent tam in nominatiuo quàm aliis obliquis casibus, vt hic phœnix phœnicis, cornix cornicis, fœlix fœlicis. Græci tamen i & u ante ξ breues esse volunt, etiam si in obliquis producantur, vt φοίνιξ φοίνικος, βύμβυξ βύμβυκος. α vero secundo genitiuū etiam in nominatiuo produci vel corripi dicunt, vt κόλαξ κόλακος, corripitur in nominatiuo, quoniam & in genitiuo, φαίμαξ verò φαίμακος in utroque producitur. Latini autem omnes vocales bitemporas, id est, διχρόνοις habentes, ad genitiuum respicientes, dicunt produci vel corripi vocales ante x positas in nominatiuo, vt nutrix nutricis, pernix pernicis, velox velocis, vox vocis, &c.

## De Verbo.

Inueniuntur tam apud Græcos quàm apud Latinos verba, quæ cū sint actiua, pro passiuis quoque solent poni, vt lauo, tondeo, duro, calceo: pro lauor, duror, tondeor, calceor. Virg. Georg. 3,

-incanâque menta Cinyphæi tondent hirci.  
pro tondentur. Idem Æneid. 2,

Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum.  
pro accinguntur. Idem in eodem,

-& iam nox humida cœlo Præcipitat. pro præcipitatur. Taliū apud Græcos permulta sunt, vt ἀλαλάβη. Theophrast. in 5. ὅταν δὲ κακοῦ φήσεται αἰαλάβη πάλιν καὶ βυδνήση, συμβαίνει καταπίεσαι τοῖς ὄροις ἰσὺ τῆς ἀλαλάβης. αἰαλάβη dixit pro ἀλαληφῆ. Sic ἀνακάμπω pro ἀνακάμπομαι. Aristoteles Metaphys. 1, τὰ δὲ εἰς ἀήληα ἀνακάμπει. ἢ γὰρ θατέρω φησὶν, &c.

θαλέρου ὄβρι γήμες. ἀνακάμπει pro ἀνακάμπεται. Idem-  
 idem αὐτα ποδίδωμι. Plato in Phæd. εἰ γὰρ μὴ αἰεὶ αὐ-  
 τα ποδίδωι τὰ ἔπερα τοῖς ἑτέροις γηγόμενα, ὡσπερὶ κύκλω  
 ὡσεύοντα, δηγὸν ὀβριθία πρὸς εἶν ἡ γήμες ἐκ τῶ ἑτέρου μόνον εἰς  
 τὸ κατανακρῦ, ἔ μὴ ἀνακάμπτοι πάλιν ὄβρι τὸ ἔπερον, μηδε  
 καμπὴν ποῖοιτο, ἰδ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ ἄξιμα αὐ-  
 ροῖν, ἔ τὸ αὐτὸ αὐ πάθος πάθοι, ἔ παύσαιτο γηγόμενα. αὐ-  
 τα ποδίδωι αὐτὸ τὸ αὐτα ποδίδωιτο dixit. Ad eundem mo-  
 dum ἐπανακάμπω pro ἐπανακάμπωμαι, & ἐπανα-  
 σρέφω pro ἐπανασρέφωμαι dixit Aristoteles in Pro-  
 blematis. Idem Polit. 5, δηγὰ μείεβαλεν ἡ τάξις πᾶσα τὴ  
 πολιτείας εἰς δυναστείαν τῆς ὄβριχρησαίτων νεωτερίζειν. με-  
 λέβαλεν pro μετεβλήθη dixit. Sunt contra quedam,  
 quæ cum sint passiva, sine dubio tamen inveniū-  
 tur ab authoribus pro actiuis prolata: vt Virgil.  
 Æneid. 12,

-pictis bellantur Amazones armis. Pro bellant.

Idem Georg. 2,

Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam.  
 pro nutrito. Vetusissimi autem multa protulerūt  
 cōfusa terminatione, vt adiutor pro adiuto, antlor  
 pro antlo, despoliatur pro despoliant, desperan-  
 tur pro desperant, dispensor pro dispenso. Apud  
 Græcos quoque multa inveniuntur verba, sub vo-  
 ce passiva actiuam significationem habentia, cu-  
 iusmodi est μεταβάλλωμαι apud Xenophontem, οἱ  
 μεταβαλλόμενοι τὰ ἰμάτια, ψύχους ἔ θάλλοις ἔνεκα μετα-  
 βάλλονται, pro μεταβάλλοις ἢ μεταβάλλοισι. Sic δίδωμαι  
 voce actiua & significatione passiva dicitur, pro  
 βρέχω ἢ διύχεαίνω. Aristophan. Pluto.

εἴτ' ὄξει δίδωμος σφηπίσῃ, καλέπλασιν αὐτῷ βλέφαρ  
 ὀκρῆψας.

δίδωμος, pro δίδεις dixit.

## Tempora verborum.

Latini in Imperatiuo modo duo tantum habent tempora, præfens & futurum : Græci præteritum quoque habent, quanuis ipsum quoque ad futuri temporis sensum pertineat, ἀνωχθήτω πύλη, aperta sit porta, videtur imperare, vt in futuro tempore sit præteritum : vt si dicam, aperi nunc portam, vt crastino sit aperta. Ergo nos quoque possumus in passiuo, vel in aliis passiuam inflexionem habentibus, vt in præterito tempore imperatiui, coniungentes participium cum verbo imperatiuo præfentis vel futuri temporis, vt amatus sit vel esto, πεφιλῆσθαι: doctus sit vel esto, δέδιδάχθαι : clausus sit vel esto, κλεισθαι.

Romani præterito perfecto non solum in re modo completa vtuntur, in quo vim habet eius, qui apud Græcos ἀπείκελτος vocatur, quem Stoici τέλειον ὄντως τὰ nominarunt, sed etiam ἀπὸ ἀορίστου accipitur : quod tempus apud Græcos tam modo perfectam rem, quam multo antè significare potest. Sed sicut apud illos infinitum tempus adiectione τῷ ἀρπ aduerbii, πρὶ ἀπείκελτος, id est, adiacens tempus, & adiectione τῷ πάλαι, πρὶν ἰσθρσσωπλικόν, id est, plus quam perfectum significat : sic apud Latinos præteritum perfectum potest & modo & multo antè intelligi perfectum, id quod authorum exemplis comprobatur. Euander enim apud Virgilium Æneid. 8. de matre sua dicit,

- cecinit quæ prima futuros

Æneas magno & nobile Pallæteum. Cecinit dixit, pro tecinerat. Multo enim antè illam cecinisse intelligit. Et ipse poeta ex sua persona,

- Troia qui primus ab oris

Italiam fato profugus Laviniaque venit  
Littora. Venit posuit, pro venerat.  
Hic enim quoque multò antè intelligit venisse  
Æneam ad Italiam.

In verbis passivis, communibus & deponentibus, id est, in omnibus verbis in or terminantibus, desunt tempora præterita perfecta, & omnia quæ ex his nascuntur: participia tamen coniuncta verbo substantivo Sum, & omni eius tempore, eorum vice funguntur. Quod Græci quoque solent facere in multis verbis temporis præteriti perfecti & plus quàm perfecti, & maximè in modo optativo & subiunctivo, *πετυμμένοι εἶσι, πετυμμένοι ἦσαν, ὀεριστὰ. δὲ κηκὰ, πετυμμένος εἶμι, εἶς, εἶη, πετυμμένω εἶητον, εἶητιμ, πετυμμένοι εἶημι, εἶητε, εἶησαν. ἰσοπακκα, πετυμμένος εἶμι ὦ, ἦς, ἦ, πετυμμένω εἶμι ἦτον, πετυμμένοι εἶμι ὦμι, ἦτε, ὦσι.*

## Modi verborum, gerundia & supina.

Infinitivum modum, cum nec numeros, nec personas, nec affectus animi certos habeat, egeatque semper aliis verbis, quidam inter adverbia, quidam inter nomina ponendum censuerunt: obtinuitque usus, ut & apud Latinos & apud Græcos, cum articulo coniunctus, vim habeat nominis: ut si dicam, Bonum est legere, idem dico quod Bona est lectio, sic Græci *θεῖον παντάπασιν τὸ εἰς ἀνθρώποις διεργεῖν*, Divinum omnino est hominibus benefacere.

Gerundia vel participialia, cum participiorum vel nominum videantur habere obliquos casus, nec tempora significet, quod alienum est à verbo,



infinitiu tamen vice funguntur, qui apud Græcos articulis coniunctus, vicem eorum supplet. Itaq; pro infinitiuo, qui articulo genitiui casus apud Græcos coniungitur, Latini vtuntur terminatione di, quæ similis est genitiuo nominis, vt legendi, τὸ ἀναγινώσκην ἢ ἀναγινώσκεσθ. Pro eo autem infinito, qui articulo datiu casus apud Græcos adiūgitur, præpositione ἐν antecedente, Latini in do vtuntur terminatione, quæ similis est datiuo vel ablatiuo nominis. Iuuenal. Satyra 3,

Plurimus hic æger moritur vigilādo, sed illum Languorē peperit cibus imperfectus. vigilādo, τῆς ἀγρυπνεῖν, ἐν τῆς ἀγρυπνεῖν. Pro eo quoque qui accusatiuo adiungitur, in dum terminatione vtuntur Latini, quæ similis est accusatiuo nominis, vt ad legendum, πρὸς τὸ ἀναγινώσκην.

Supina, quibus Latini, sicut & gerundiis, Græcos superant, pro infinitiuis sumuntur, coniunctis vel cum articulo accusatiui casus, præpositione antecedente, vel coniunctione causali ἐνεκα seu χάριν: cuiusmodi sunt supina in um terminantia, vt oratum veni, πρὸς τὸ πρῶτα καλεῖν, τὴν πρῶτα καλεῖν ἐνεκα ἢ χάριν: vel cum articulo genitiui casus præpositione ἀπὸ præcedente, qualia sunt supina in u desinentia, vt oratu, ἀπὸ τὴν πρῶτα καλεῖν.

## Figuræ verborum.

In verbis compositis est quando græci extrinsecus faciunt declinationem ad similitudinem simplicium, vt ἐνέπω ἤνεπον, κάμνω ἕκαμνον, κρήμαι ἕκαθήμι, ἐνοχλῶ ἰσόχλου. Est tamen quando & intrinsecus declinant, vt καταγράφω κατέγραφοι, περιγράφω περιέγραφοι, ἀναγινώσκω ἀνεγνώσκον. Apud

Latinos verò semper intrinsecus fit declinatio, id est, in ipsa iunctura sequentis verbi, vel post eam, vt conficio, confeci: abigo, abegi: incipio, incepti: subeo, subii: confringo, confregi: maledico, maledixi: exigo, exegi.

## Coniugationes verborum.

Coniugatio, est consequens verborum declinatio, cuius regula apud Græcos tam cōsonantibus, quàm vocalibus comprehenditur. Consonantibus quidem in his verbis, quæ βαρύτονα appellant, hoc est, ante finem habentia accentum: vocalibus verò in circumflexis. Apud Latinos autem in solis vocalibus secundæ personæ, ad imitationem circumflexorum. Porro coniugationes apud Latinos quatuor sunt, cùm apud Græcos sint decem.

Latini in præterito perfecto plerunque barytona græcorum imitari videntur in commutatione consonantium, teste Didymo, qui ostendens omnia quæ habet in arte græci, habere etiam latinos, exemplis hoc comprobat. In prima enim coniugatione τῆς βαρύτωνων, quæ tres cognatas consonantes habet, nempe β π φ, ἀόεισιν, hoc est, præteritum infinitum spatio temporis, vtrum paulò antè, an multò sit perfectum, in omnibus huius coniugationis verbis, per ψ declinant, vt κρύβω, vnde κρύπτω ἔκρυψα: λείπω ἔλειψα, δειφω ἔλειψα. Latini quoque cùm in præsentis in bo vel in po desinat verbum, plerunque in psi faciunt præteritum perfectum in tertia coniugatione, vt scribo scripsi, nubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi: nam pro ψ græca duplici in principio syllabarum posita, Romani ps solent scribere. In secunda autem coniuga-

tionē βαρυτόνων, quæ γ κ χ habet, per ξ efferunt Græci præteritum infinitum, vt λέγω λέξω ἔλεξα, πλέκω πλέξω ἔπλεξα, ἀρχώ ἀρξω ἤρξα. Latini quoque in go vel in co desinentibus idem frequenter faciunt in præteritis perfectis, id est, per x declinant hoc tempus, vt rego rexi, pingo pinxi, duco duxi, dico dixi. Tertiam quoque illorum imitantur coniugationem Latini, quam per η θ τ efferunt, vt αἶδω ἤσα, πίθω ἔπεισα, αὐτίω ἤνυσσα: Latini ardeo arsi, lædo læssi, ludo lusi, concutio concussi. Ad quartæ quoque imitationem, quæ per ζ, vel duplicatâ ff profertur, & aoristum per s facit, vt οἰέζω ὤεσσα, λθύσω ἔλθωσα, Latini pitisso pitissauī, patrisso patrissauī, mussso mussauī. Quinta per liquidas apud Græcos profertur, easque seruat in omni præterito, vt ἴλλω ἔπλα, νέμω ἔνειμα, πίνω ἔπινα, σπείρω ἔσπειρα. Latini quoque in plærisque seruant liquidas, non tamen in omnibus, vt cælo cælauī, doleo dolui, volo volui, domo domui, timeo timui, emo emi, tono tonui, teneo tenui, cano cecini, aro arauī, terreo terrui. Inueniuntur tamen & m & n & r in præsentī, quæ in præterito perfectō vel abiiciuntur vel mutantur, vt rumpo rupi, premo pressi, sterno strauī, temno tempssi, tero triui, vro vssi. Sextam coniugationem Græci dicunt, quæ per ω puram effertur, vt ἴσσω ἴσω, πλέω, βασιλεύω: qualia sunt apud Latinos omnia secundæ & quartæ coniugationis verba, quippe in eo vel in io. Inueniuntur tamen etiam primæ & tertie coniugationis, non solum e vel i antecedentibus, sed & aliis vocalibus, vt inchoo inchoas, mutuo inmutuas, meo meas, hio hias, facio facis, ruo ruis.

## Personæ verborum.

In nominationibus, id est, ὀνομασπείαις, siue nominum siue verborum nouis conformationibus, non omnes declinationis motus sunt quærendi, vt Tinniat. Persius,

Ne qua sub ærato mendosum tinniat auro.

Sic Taratantara apud Ennium,

At tuba terribili sonitu taratantara dixit.

Vt etiam apud Græcos, σίξι ὀφθαλμῶς, ἔκλαγξαι σὶ ἀρ' οἷοι, λίγξε βίος, φλοῖςβος, in quibus non omnes coniugationum personæ, vel declinationum flexus sunt quærendi. Nam neque à σίξει σίξω, neque ab ἔκλαγξαι κλάγξω, neque à λίγξει λίγξω reperias.

## Numerus verborum.

Quauis in nominibus, pronominiibus & participiis inueniantur voces communes singularis & pluralis numeri, in verbo tamen id apud Latinos non inuenitur: apud Græcos verò frequentissimè, vt ἕξαφον, tam singulare est primæ personæ, quàm plurale tertiæ præteriti imperfecti: sicut etiam ἔτυπνον, ἔβαλον, ἐπόον, & similia.

## De Participio.

Omnia ferè præcepta quæ apud Latinos de Participio traduntur, apud Græcorum grammaticos inueniuntur. Eadem vtrobique Participiorum accidentia sunt: Per genera enim, casus, tempora variantur, numerumque & figuram habent. Tem-

pus præteritum perfectum non habent Latini in participiis actiuis, quod habet Græci: à deponen-  
tibus verò verbis multa inueniuntur apud anti-  
quissimos participia præteriti temporis, tam acti-  
uam quàm passiuam significationem habentia, vt  
meditor meditatus, μελετήσαι & μελετηθεῖς. Terent.  
in Phormione, Meditata mihi sunt omnia mea  
incommoda. Auxilior auxiliatus, ὁ βοηθήσαι & βο-  
ηθηθεῖς. Amplector amplexus, ὁ ἀπεπλαχεῖς & ἀπε-  
πλαχθείς. De constructione Participii infra de Cō-  
structione dicitur.

## De Pronomine.

Apud Græcos prima & secunda persona pro-  
nominum, quæ sine dubio demonstratiuæ sunt,  
articulis adiungi non possunt, nec tertia quando  
demonstratiua est. Nam ὁ αὐτὸς quando dicunt, re-  
latiuo vtuntur non demonstratiuo. Quos secuti  
Latini, declinando pronomina non addunt illis  
particularia. Quid enim absurdius, quàm cùm  
Græci articulos pronomibus non præponant,  
Latinos pronomina pronomibus præponere in  
declinatione ad quam duntaxat, hic, hæc, hoc, loco  
articulorum accipiuntur. nam in omni oratione  
pronomina sunt: nihil enim aliud, nisi εἶπά, αὐτί,  
τὸν significant. Nec mirum loco articulorum ea  
Latinos accepisse in declinatione, cùm apud Græ-  
cos quoque iisdem vocibus, & in articulis, & in  
pronomibus soleant vti ὁ, ἡ, τὸ, ex quibus apud  
Latinos hic, hæc, hoc nascuntur pronomina arti-  
cularia.

## De genere pronominum.

Quemadmodum Græci per tres personas primitiuorum obliquos similiter habent terminantes, qui & communes sunt omnium generum, ἐμοί, σοί, οὐ: ἐμοί, σοί, οἱ: ἐμέ, σε, ἐ: sic Latini quoque illorum auctoritatem in plærisque secuti, per tres personas habent pronomina similiter terminantia per obliquos casus, & omnia communia generis, mei, tui, sui: mihi, tibi, sibi: me, te, se: à me, à te, à se. alia verò omnia sicut apud Græcos mobilia sunt, vt ille, illa, illud: iste, ista, istud: hic, hæc, hoc: is, ea, id: ipse, ipsa, ipsum.

## Figuræ pronominum.

Inueniuntur apud Latinos quidam casus pronominum, qui compositionem admittunt: quidam verò, qui eandem abnegant. id quod fit ad imitationem Græcorum, apud quos Attici per duos casus, id est, nominatiuum & datiuum particulam γε adiicere solent, dicentes ἐμοί γε, ἐγώ γε, quæ ὡς γε γῆ per alios casus non inuenitur.

Pronomina cum nominibus componuntur tã apud Latinos quàm apud Græcos, vt huiuscemodi, istiusmodi, huiusmodi, ἀποκασίγητος, ἀπὸ δίδακτες, φίλωντες, ἀπὸ χάρ.

Homerus vetustissimus ferè authorum apud Græcos simplicibus pronominebus vtitur pro cõpositis, vt ἐμὲ λύσομαι, pro ἐμαυτὸν: πρὸθεν ἔθεν φεύγοντα, ante se fugientem, ἔθεν pro ἑαυτὸν: solétque, semper in simplicibus pronominebus & transitiuas & intransitiuas personas ponere, vt ἐμὲ λύσομαι, pro ἐμαυτὸν: vnus enim & idem loquitur: ἐμὲ

autem ἔγω,transitiuè: alter enim cognouit, & alter est cognitus. Postea verò iuniores addidere cōposita pronomina, quæ intransitiuas significarent personās:simplicibus verò vsi sunt transitiuis. Itaque compositas ἀνπαθητις, id est, ipsas agentes, eademque patientes dixerunt:simplices verò διανοητις, hoc est, in alias passionem facientes nominauerunt. Vnde Latini, qui in plerisque seruauerunt antiquitatem Græciæ, in pronomibus quoque secundum Homericam auctoritatem, simplicibus vtuntur pro compositis, cū non solum in aliam persona agit, sed etiam cū ipsa in se. In aliam: vt Virgil. Æneid. 4,

-cui me morituram deseris hospes:

Terent. in Adelph. Facio te apud illum deum. In se: Idem in Andria, Nec quid nunc me faciam scio. Idem in Adelph. Ædepol Syrisce te curasti molliter.

## Declinatio pronominum.

Latini in prima declinatione, quæ est pronominum primitiuorum, Ego, tu, sui, duplicibus vtuntur genitiuis, dicentes, Ego, mei vel mis, Tu, tui vel tis, Sui & sis: quod tamen dubitationis causa, ne verbum esse putaretur, recusauerunt proferre. In quo Græcos imitantur, apud quos ἐμὸς & ἐμοῖς Doricè, ἑὸς & ἑῶς, οὖ & οῦς dici solet. In οῖς autem desinens genitiuus, solet apud Latinos in is finire, vt Δημοσθένους Demosthenis, ἑρμογένους Hermogenis: in ου verò in i, Πριάμου Priami, Κύρου Cyri: sic ergo ἐμὸς, ἑὸς, οὖ, mei, tui, sui: ἐμοῖς, ἑῶς, οῦς, mis, tis, sis: sed propter supradictam causam, tacitus est tertix personæ huiusmodi genitiuus. Ennius, Ingens

cura mis cum concordibus æquiparare: mis dixit, pro mei.

Ablatiuus primæ declinationis pronominum similis est accusatiuo in singulari numero: nec dubium hoc quoque à Græcis esse acceptum. Illi enim ἐμέθεν, σίθεν, ἑθεν accusatiuos cum adiectione proferentes, loco genitiui accipiunt, eúmque quidam ex ipsis sextum casum existimauerunt. Nec non & in nominibus simili modo plurima inueniuntur prolata, οὐρανóθεν, ἀπὸ οὐρανός: οἰκόθεν, ἀπὸ οἴκου: & cum præpositione, ἐξ οὐρανóθεν, & ἐξ οἰκόθεν: vnde Romani sextum casum assumpserunt.

Quæritur, cur si mei pro ἐμοῦ & ἐμαυτοῦ, & tui pro τοῦ & σουτῶ accipiantur, & tamen nominatiuos habent: Sui, cùm pro οὐ & ἐαυτοῦ accipiat, nō habeat nominatiuum. Causæ sunt tres. Prima, quia necesse erat vel cum aspiratione nominatiuū proferre, & Ἡ dicere, qui pluralis erat alterius pronominis: vel loco aspirationis (s)ponere, & Ἰ dicere, quod est coniunctio. Iure igitur defecit, ne dubitationem faceret, sicut & sis in genitiuo pro Sui. Altera causa est, quòd huius ipsius nominatiui ἰ, rarus est etiam apud Græcos vsus. Postremò, quòd nunquam potest inueniri hoc pronomem Sui, siue reciprocum, siue transitiuum, vt non intelligatur actus vel ab ipsa in se, vel ab ipsa in aliam simul, & ab alia in ipsam. Huiuscemodi autem structura nominatiuum habere, quantum ad transitionem, non potest.

## De pronomine reciproco Sui.

Sui solùm apud Latinos reciprocum fit in eadē tertia persona, quod Græci ἀνταπόκλασιν appellant,



id est, quando ipsa in se actum reflectit persona, ut eadem sit & agens & patiens, quod *ἰδιοπαθεῖν* potest significare *ἑαυτῆ* sui. Nam *ἑμαυτῶ* & *στυπῶ*, quod est primæ & secundæ personæ, non habemus, sed pro eis simplicibus primitiuis utimur, quæ tam in reciprocatione quàm in transitione poni possunt, ut *Mei misereor*, & *mei misereris*. Nec mirum, cum apud Græcos quoque vetustissimus omnium ferè authorum Homerus simplicibus utatur pro compositis, ut *ἐμὲ λύσσωμαι* pro *ἑμαυτῶν*, ut iam antè dictum est.

Pronomen Sui aliquando reciprocum est, aliquando transitivum. Reciprocum, quando ad actum, hoc est, ad verbum adiungitur, ut *Sui miseretur*, sibi loquitur. Terent. in *Andria*, *Ipsus sibi iniurius esse videtur*. Transitivum, cum vel possessivis vel adiunctis copulatur, ut *Ille miseratur sui seruum*, *Rogat me vidua ut sui miserear*. Neque id mirum est, cum *ἑμαυτῶ* quoque, *στυπῶ* & *ἑαυτῆ* apud Græcos, quando ad actum, hoc est, ad verbum proferuntur, reciproca sint, ut *ἑμαυτῶ ἀκούω*, id est, egomet ipse me audio: quando autem ad possessiones adiunguntur, quod fit per solum genitivum, transitiva sunt, ut *ἑμαυτῶ δοῦλον ἔπιλα*, id est, mei seruum cæcidi. Quin & Homerum in hoc sequuntur Latini, qui tertia persona primitivi modò reciproca, modò transitiva utitur: ut

*δευτερον αὖ δώρηκα πρὸς σήθεσσι δίδωμι*

*οἷο κασιγνήτοιο λυκάονος. οἷο* dixit pro *ἑῷ*, sui cognati.

Idem *Odyss. γ.*

*πὰρ τε κασιγνήτω θρασυμήδεα, καὶ πατέρει ᾧ.*

pro *πατέρει αὐτῷ*, apud patrē suum. Idem *Iliad. γ.*

*τὸν καὶ δὴ μὲν ἔλεγον θεοὶ δι' οἴνοχορβύην,*

*κάλλεος εἶνεκα οἷο ἰν' ἀθανάτοισι μέλειν.*

D. i.

κάλλεος οἴο, ἀντὶ τῷ κάλλεος αὐτῆ, propter venustatem suam.

Per transitionem vtuntur Latini pronomibus Sui, sibi, se, à se, cùm transitum faciunt in aliquos sibi coniunctos, vt Ille miseretur eorum qui secum viuunt, Dat sibi fauentibus, Incusat secum certantes, Inuidet se indigentibus. Quam loquendi cōsuetudinem non incongruè se habere ostendit, quòd Attici quoque solent compositis vti in huiuscemodi locutionibus. Xenoph. ἀπομνήμων. primo, ἡμὰ Σωκράτης γ', ἔφη ὁ κατήγορος, τοῖς παλιέρας πρῶτον λακίζον ἐδίδοσκε, πείθων μὲ τοῖς σωόντας ἑαυτῶν ὄφω έρωις ποιεῖν ἴσῳ παλιέρων, persuadens illis qui secum conuersantur, quòd parentibus ipsos sapientiores sit effecturus. Idem in eodem, ἡμὰ Σωκράτης γ', ἔφη ὁ κατήγορος, οὐ μόνον τοῖς παλιέρας, ἡμὰ καὶ τοῖς δήοις συγγενεῖς ἐποιεῖ ἐν ἀπμίᾳ ἔῃ) πρῶτα τοῖς ἑαυτῶν σωούσι, apud eos qui cum illo familiariter viuūt. Demosthen. ἐ ἀφικότα πῶτον ἑμαυτῶν, pro ἐμέ. Xenoph. ἀπομνημονθυμάτων secundo, χαίρεφῶτα δέ ποτε ἐ χαίρεκράτιω, ἀδελφῶ μὲ ὄντε δήμιλοι, ἑαυτῶ δέ γωείμω, ἀδύμοδος δὲ φερομύω, sibi verò notos.

## Ipse.

Ipse pronomen cùm tertiæ personæ sit, sæpenu-mero tamen à Latinis vel pro prima vel pro secunda persona vsurpatur. Virgil. Æneid. 2,

-quæq; ipse miserrima vidi. Idē Ecloga prima,  
- & ipsum Ludere quæ vellem calamo per-  
misit agresti. Ipsum, pro me. Apud Græcos quo-  
que ἑαυτῶν, quod propriè tertiæ personæ est, inue-  
nitur tamen primæ & secundæ adiunctum. Me-  
nander,

οὐχ' αὐτῶν γὰρ ἐσράφην ἀγάσσι. hoc est, ἐκ ἑμαυτῶν,  
 non mihi ipsi. Sic dicunt ἑαυτοῖς ὑμᾶς ἀφελεῖτε, vo-  
 bismetipsis prodestis: ἑαυτοῖς ἡμᾶς βλάπτουσι, nos-  
 metipsos lædimus: ἑαυτοῖς ἐκείνοι κατηγόρησαν, seipso  
 illi accusarunt.

## Pronomina appositiva.

Sunt quædã pronomina quæ Apollonius ἑπι-  
 παμαπκα, hoc est, additua vel appositiva vocat,  
 quod aliis pronomibus, vel etiam nominibus  
 apponantur, cuiusmodi sunt ille, ipse, iste, omnẽs-  
 que tertiæ personæ pronominum: vt Virgilius  
 Æneid. 1,

Ille ego qui quõdam gracili modulatus auena.  
 Idem in Būcolicis,

Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.

Idem Æneid. 1,

Tūne ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ

Alma Ven' Phrygii genuit Simoëtis ad vndas?

Apud Græcos quoque αὐτὸς primitiuus apponi-  
 tur, vnde & ἐπιπαμαπκὴ αὐτῶνυμῶν, pronomen  
 appositivum ab artis peritis appellatur: vt ἐγὼ αὐ-  
 τὸς εἰργασάμην τόδε, σὺ αὐτὸς, ἐκείνος αὐτὸς. Excipitur  
 apud Latinos Sui, sibi, se, à se, quod apponi non  
 potest, quemadmodum nec Græci primitiuam  
 personam tertiam, & ex eo compositam, ἑαυτῶν,  
 ἑαυτῶν, ἑαυτῶν, primæ & secundæ personæ apponūt.  
 Pluralem tamen tertiam compositam, quia non  
 habent composita à pluralibus primæ & secundæ  
 personæ, necessariò adiungunt & primæ & secun-  
 dæ, vt ἑαυτῶν κηδόμεθα, pro ἡμῶν αὐτῶν, nostrum  
 ipsorum curam habemus: & ἑαυτῶν κηδεσθε, pro  
 ὑμῶν αὐτῶν, vestri ipsorum curam habetis, Latini

verò nec in plurali numero possunt apponere primæ & secundæ personæ pronomen Sui, quia & singularis est vox, quæ nec apud Græcos apponitur primæ vel secundæ personæ, nec apud Latinos: & quemadmodum simplex singulare Latini etiam pro composito per omnes personas accipiunt, sic etiam simplex plurale, vt Mei causa facio, *ἐμαυτῷ χάριν ποιῶ*, & Nostri causa facimus, pro *ἐαυτῶν χάριν ποιῶμεν*.

## Particulæ pronomibus addi solitæ.

Quemadmodum Græci quibusdam pronomibus particulas quasdam addunt, ad vim significationis intendendam, vt *ἐκείνοι, οὗτοι, ὅδ᾽*: sic etiam apud Latinos *met, te, pte, ce* additæ, significationem intendunt, vt *egomet, tute, meapte, nostrapte, huiusce*.

## Pronomina patriæ.

Pronomina patriæ tam apud Latinos quàm apud Græcos à solis pluralibus deriuantur, vt *nostras, vestras, ἡμεδαπός & ὑμεδαπός*. Causa est, quòd patria non ad vnum, sed ad plures pertinet.

## Articulus.

Articulis Latini carent, quos habent Græci. Eorum verò loco vtuntur pronomibus *hic, hæc, hoc*, in declinatione nominum. Nec mirum, cùm apud Græcos quoque articuli inueniantur loco

pronominum positi: vt apud Homerum,

ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν. pro οὔτος γὰρ. Item,  
πὴν δὲ ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς ἀχιλλεύς.

pro τῆσιν δέ. Idem,

ὁ γὰρ ῥα μάλιστα λῦδατε κηρύκων. pro οὔτος.

## De Præpositione.

Hæc pars orationis à Latinis Præpositio, à Græcis *προθήσις* dicitur, propterea quòd aliis partibus præponitur vel appositione vel compositione: appositione, vt Itur in antiquam syluam, Virgil. ἐπὶ τῆς χώρας, καὶ τῆς χώρας. Compositione, vt Accessus, accuso, adeo, addo, &c: ἀναφορὰ, εἰς φορὰ, κατηγερέω, εἰσάγω, &c.

Præpositiones apud Græcos & Latinos accentum habent acutum in fine, qui tamen, cùm præposterè proferuntur, hoc est, post nomen vel aliã orationis partem cui apponuntur, in grauem cõuertitur. Vt Terent. in Andria, ἴ præ, sequar. pro Præi. Herodot. lib. 1, ἀνδρωπῆϊων προημάτων πέρι. Homerus, μάχη ἐνὶ κυδανείρῃ, in pugna per claros viros pugnata: &, ὧ ἔπι πολλὴ ἐμῆσθα, pro quo multum laboraui: & νεῶν ἀπο καὶ κλισιάων, à nauibus ac tentoriis. Plato in Apologia Socratis, ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν πέρι ἐπάγω. pro περὶ ὧν, de quibus ego nihil neque magnum neque paruum intelligo. Idem patiūtur, quando per defectum verborum proferuntur. Virg. Æneid. 3,

O mihi sola mei super Astyanactis imago.

Terent. in Andria, Adeò modesta, adeò venusta, vt nihil supra. Id quod fit ad imitationem Græcorū.

D. ili.

Homerus, διγ' ἐνι πικράτες. & πάρα δ' αἰὴρ, & χαλεπὴ  
 δὲ θεοῦ ἐπιμίῳις.

## Numerus Præpositionum.

Præpositiones apud Latinos multò plures sunt quàm apud Græcos : apud illos enim cùm decem & octo sint, diuersas singulæ significationes habet, quæ complent multarum apud Latinos demonstrationem: vt *περὶ*, pro circum, & circa, & erga, & de, & super ponitur . similiter *παρά* pro apud, & prope, & propter, & præter . Est & alia causa propter quam plures sunt apud Latinos præpositiones, nempe quòd omnia aduerbia localia, quæ casualibus præponi solent, inter præpositiones posuerunt, vt pone tribunal, aduersum hostem, citra forum, contra inimicos, infra tectum, supra montem, extra muros, intra urbem, ultra Alpes. Huiusmodi enim omnia Græci aduerbia esse dicunt, quia & certam aliquam habent significationem etiam per se posita, quod præpositiones habere nolunt per se prolata: aduerbia verò habet, & pleræque eorum componi non possunt. Omnes autè præpositiones apud illos & componi & apponi solent. Verùm non irrationabiliter ab artium scriptoribus latinis inter præpositiones quoque sunt recepta, quia & casualibus plerumque præponuntur, & grauatur more præpositionum, & plerumque loco græcarum præpositionum accipiuntur, vt *Supra cælum*, *ὑπὲρ τὸν οὐρανόν*: *infra terram*, *ὑπὸ τῷ γένῳ*.

Præpositio apud Græcos composita cum aliis quibusdam dictionibus penultimam acutam habentibus, in antepenultimam accentum reicit: si

addat significationem aliquid, vt *πλησίος ὡς πλησίος*:  
 Apud Latinos in vno aduerbio hoc solet fieri In-  
 de, Exinde, Proinde, Subinde: ne si grauetur præ-  
 positio, per appositionem esse putetur ante ad-  
 uerbium, quod fieri non licet.

## Ob.

Præpositio *ob* quando per appositionem po-  
 nitur, vim obtinet græcæ præpositionis *διὰ*, quæ  
 pro causali cōiunctione accipitur. Virg. *Æneid. 11*,

Cuius ob auspiciū infaustū, morésque superbos.  
 Vel sumitur loco *κατ'*: vt Virgil. *Georg. 4*,  
 -haudquaquā ob meritū. *κατ' αἰτίας*, pro merito.

## Per.

Per & composita & apposita significat *διὰ* græ-  
 cam localem. Virgil. *Georg. 1*,

Circum, p̄rque duas in morē fluminis arctos.  
 hoc est, *διὰ τῶν δύο ἀρκτων*. & perrumpo, *διὰ ῥήγνυ-  
 μι*. Porro cū iurandi vim obtinet, æquiualeat  
 ipsi *πρὸς*, quæ & ipsa in iureiurando accipitur  
 apud Græcos, vt Per Iouem, *πρὸς τῷ Διῷ*.

## Post.

Post & componitur & separatur, significatque  
 præpositionem Græcam *μετ'*, sed non quādo loco  
*σω* accipitur, sed quando ordinem magis signifi-  
 cat siue loci, siue temporis, siue cuiusque alius rei:  
 vt Virgil. *Georg. 2*,

Post montem oppositum. *μετ' ἑσπερος*. similiter  
 dicimus, Post multum tempus, *μετ' ἄλλον χρόνον*:

& post pietatem vtilitas ponenda est, *μὲν πὺν χα-  
λοκαγαθίαν.*

## Trans.

Trans & componitur & separatur: ac composita quidem fungitur loco *διὰ* græcæ præpositionis, vel *ὑπὲρ*, vel *ὑπὸ*, vt transueho *διεκομίζω*, trado *παρεσίδωμι*, transgredior *ὑπερβαίνω*: separata verò significat *ὑπέρ*, quod est aduerbium apud Græcos, vt trans mare, *πέραν τῆς θαλάσσης*.

## Apud.

Apud adiuncta personis, significat *ὑπὲρ*, locum apud Græcos demonstrantem, vt apud amicum, apud Athenienses: *ὑπὲρ ᾧ φίλω*, *ὑπὲρ τοῖς ἀθηναίοις*: *ὑπὲρ βασιλεῖ κάθηται*, apud regem sedet, *ὑπὲρ νηῦσι*. Homerus.

## Ante.

Ante & componitur & separatur, significatque *ἔμπροσθεν* græcam, localem vel temporalem, vt anteco *ἔμπροσθεν*, antepono *ἔμπροσθεν*, ante annum *ἔμπροσθεν ἐνιαυτοῦ*. Inuenitur etiã sine casu, & loco aduerbii accipitur; significat enim antea, quod est apud Græcos *ἔμπροσθεν*.

## Circum.

Circum, quando significat *ὑπερ*, pro præpositione accipitur, tam in compositione quàm in separatione, vt circumfero *ὑπερφέρω*, circum montem



περὶ τὸ ὄρος. Quando verò περί demonstrat, aduerbium est locale.

### Circa.

Circa, quando pro iuxta accipitur, περὶ significat, vt Circa forum, circa templum, circa viginti annos: περὶ τῷ ἀγορᾶν, εἰς περὶ αὐτὸν ἑκατοφυλάκιον, οἱ περὶ τὸν πλάτωνα. Est tamen quando præpositioni Circum eam subiungunt Latini, & Circum circa dicunt: id quod tunc faciunt, cùm ἀμφὶ περὶ significare volunt: vt Hesiodus, ἀμφὶ περὶ κρήνην ἰοφδέα.

### Circiter.

Circiter quoque περὶ significat, cùm pro iuxta accipitur: ad tempus tamen solum pertinet: vt Circiter Calendas Ianuarias: Græci περὶ τῷ εἰκοσὴν ἑλυμπιάδα, περὶ ὧρον ἐκτὴν.

### Contra.

Contra & separatur & componitur, habetque significationem τῷ κατὰ vel ἀπὸ, vt Contra adulterū dico, κατὰ μοιχοῦ λέγω, contradico ἀπὸ λέγω, contraditio ἀπὸ ῥήσις. Quando verò sine casu ponitur, τὸ ἐναντίας indicat, quod est aduerbium. Iuuenal.

Stat contrà starique iubet.

### Extra.

Extra, τὸ ἐκτὸς significat apud Græcos, estque aduerbium deriuatum à præpositione ἐξ, tam apud Græcos quàm apud Latinos, qui id non so-

lùm inter aduerbia, sed etiam inter præpositiones acceperunt, quia & sine casualibus verbo adiungitur, & præpositum casualibus grauatur.

### Inter.

Inter & composita & apposita inuenitur, vt internuncius, inter amicos. Significat autem modò τὸ διὰ, vt interrumpit διαρρήγισι, internuncius διάκτορος, intercapedo διαχώρημα, interuallum διάσημα. Modò τὸ ἐν, vt Virg. Æneid. 11,

Conuersique oculos inter se atque ora tenebāt. Inter se, ἐν ἑαυτοῖς. Modò τὸ μετὰ, vt, inter amicos, μετὰ τὸ ἑστὶ φίλων, μετὰ τὸ τῶ ὄροις ἔ τ' θαλάσσης: verùm id apud Græcos sine dubio aduerbium est.

### Intra.

Intra significat idem quod ἐντὸς apud Græcos, quod aduerbium est. Lucan lib. 5,

Intra castrorum timuit tentoria duكتور.  
ἐντὸς στραπέδου, vt ἐντὸς οἰκίας.

### Infra.

Infra pro κάτω, quod apud Græcos aduerbium est, Latini vsurpant, à quibus inter præpositiones collocatur, propterea quòd frequentissimè casualibus præponitur & grauatur.

### De.

De, non solùm τὸ ἐπὶ significat, sed etiam τὸ ἐξ memoratiuum. Accipitur etiam pro κατὰ locali in compositione, vt deduco, descendo, detraho, deicio, despicio, derideo: κατὰ γω, καταβαίνω, κατέλλω, καταβάλλω, καταβλέπω, καταγλάω.

## Pro.

Pro, separata, plærunque significat τὸ ὑπὲρ, vt pro Milone, pro Claudio: ὑπὲρ μίλωνος, ὑπὲρ κλαυδίου.

## Cum.

Cum & aduerbium esse potest & præpositio: aduerbium, quando τὸ ὀπίπε: præpositio, quando τὸ σὺ significat, & est copulatiua, vt, Cum ducibus pugno, σὺ τῶν ἡγεμόσι μάχομαι: cum imperatore proficiscor, σὺ τῷ αὐτοκράτορι πορεύομαι. Porro per solam appositionem inuenitur: nec mirum, cùm loco eius in compositione semper Con ponatur, vt Concurro, coniungo, contraho. frequenter verò literam suam terminalem n in compositione in m mutat, sicut & In, quando b sequitur, vel m, vel p, vt combibo, comburo, communis, immunis, compello, impleo. Est etiam quando eam mutat in sequentes consonantes, videlicet sequente l vel r, vt colligo, collido, corripio, irruo, irritus. Quod ad Græcorum fit imitationem, qui συμβουλεύω dicunt pro συμβουλεύω, σύμμαχος pro σύμμαχος, ἐμμένω pro ἐμμένω, συμπλέκω pro συμπλέκω, συλλέγω pro συλλέγω, συρρέω pro συρρέω, ἐλλείπω pro ἐλλείπω.

## In.

In, tres præpositiones apud Græcos habet sibi correspondentes, εἰς, cùm motum ad locum significat, vt Vado in ciuitatem, ἀπὸρχομαι εἰς τὴν πόλιν: κατ', cùm significat Cōtra, vt In aliquem dicere, κατὰ πινος λέγειν: ἐν, cùm motum in loco demonstrat, vt, In tempore, in Italia, in vrbe: ἐν καιρῷ, ἐν Ἰταλίᾳ, ἐν ἀσσί.

Am.

Am inseparabilis præpositio, ἄλλ' græcam præpositionem significat, vt amplector, amputo, ambio, ἄλλ' πλέκω, ἄλλ' ἔμνω, ἄλλ' εἶμι.

## Aduerbum, & interiectio.

De Aduerbio & Interiectione in Constructione dicitur.

### De Coniunctione.

Abnegatiuæ coniunctiones apud Græcos sunt κέν & ἀλλ', quæ verbis coniunctæ posse fieri rem ostendunt, sed propter causam aliquam ne fiat impediri, vt ἐποίησα ἀλλ' εἰ δυνήξειω. &

καὶ κέν γυήσῃ πρίαμος πριάμοιο τε παῖδες.

Latini verò sine coniunctionibus subiunctiuus vtuntur verbis in huiusmodi sensibus, vt fecissem si potuissem, & Gaudeat Priamus si audeat. Virg. Æneid. 11,

Tu quoq; nūc stares immanis trūcus in armis,

Esset par ætas, & idem si robur ab annis.

Stares, ἐστῆσας αὐ.

### Enim & Nam.

Enim quando causalis est, τὸ γὰρ significat, vt Colle prudentiam: hæc enim fundamentū est omniū

animi virtutum, αὐτὴ μὲν γὰρ κρηπίς ὄβρι καὶ θεμέλιον  
 πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν. Inuenitur tamen etiam  
 completiua, significatque δὴ græcam coniunctio-  
 nem, vt Progeniem sed enim Troiano à sanguine  
 duci Audierat. Virgil. Æneid. 1. Similiter Nam  
 est quando γὰρ, est quando δὴ significat græcam cō-  
 iunctionem completiuam vel affirmatiuam. Vir-  
 gil. Georg. 4.

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras  
 iussit adire domos? τίς δὴ; Hic repletivæ vim  
 habet. Idem Æneid. 1,

Æole, nanq; tibi diuûm pater atq; hominû rex.  
 σοι μὲν γὰρ αἰετὶ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

# Collatio Lin-

G V A E L A T I N A E C V M  
 græca, ex cōstructionis ratione.

## DE CONSTRUCTIONE Verbi.



VERBO personali finito nomina-  
 tiuus præponitur, simili numero  
 & persona, apud Latinos & Græ-  
 cos, vt ego lego, tu legis, hic legit,  
 ἐγὼ κακοπαθῶ, ego infælix sum:  
 σοκράτης διαλεγέται, Socr. disputat.

## Nomen plurale cum verbo singulari.

Est quando apud Græcos verbo singulari nominatiuus pluralis præponitur, iuxta consuetudinem Atticam, idque tantum in nominibus neutri generis, vt apud Demosthenem. ὡςτε δὲ ὧν ἐκ χριστῶν φαῦλα τὰ πράγματα γέγονε τῆς πόλεως, per quos res ciuitatis è prospero ac fœlici statu in deteriore commutata sunt. Lucian. ἐπιθύμησα ὦ Ἑρμῆ εἰδῆν ποῖε ὁποῖά ἔβη τὰ ἐν βίῳ, Desideraui aliquando ò Mercuri videre, qualis sit facies rerum, quæ in vita geruntur. Hoc poëtæ Græci quoque faciunt in masculino & fœminino genere, vt τῆς δὲ ἑὺ τρεῖς κεφαλαί, pro ἦσαν, illius erant tria capita. Item μελιζάρυες ὕμνοι ὑσέρων ἀρχαί λόγων ἔλλεται, pro ἔλλονται, dulcisoni hymni facti sunt initia posteriorum sermonum. Estque hoc græcis peculiare, nec cum Latinis commune.

## Verbum primæ vel secundæ personæ cum nomine tertię.

Omnia nomina cuiuscunque casus, excepto vocatiuo, tertię personæ sunt, atque idcirco in constructione verbum quoque tertię personæ post se regunt, vt Priscianus scribit, Socrates disputat. Id tamen non vbique obseruatur. Verba enim substantiam vel nominationem significantia, asciscunt aptissimè nomina, & in prima & in secunda persona, quod in alijs verbis est inconsequens, vt Sum pius Æneas, Cicero nominor, & his similia. Inueniuntur tamen Græcorum authores solita li-

centia vtentes, aliis quoque verbis primæ & secundæ personæ nomina coniungere, vt Euripides in Bacchis, ἦκω διὸς παῖς πλώδε θεβαίαν χθόνα Διόνυσος, Venio Dionysius, Iouis filius, in hanc Thebanam terram. Idem in principio Hecubæ, ἦκω κερῶν κευθμῶνα κὺ σκόπυ πύλας Λιπῶν, ἰν ἄδης χωεῖς ὤκισαι θεῶν Πολύδωρος, Venio mortuorum latebris, tenebrarumque portis Relictis, vbi Pluto seorsim à diis habitat, Polydorus. Quod & Latini Poetæ imitati sunt. Iuuenal. Sat 4,

Nam cum sis conuiua mihi promissus, habebis Euandrum: venies Tyrinthius, aut minor illo

Hospes. Plaut. Tū denique homines nostra intelligimus bona, cum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

Prima & secunda persona fermè non explicantur, nisi discretionis aut emphasis causa, apud Latinos & Græcos. Discretionis: Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu, ego in insidiis hîc ero succenturiatus. Sic Xenoph. παρδ. γ. ἀμὰ σὺ μὲν εἶφη, ὦ Ἀρσάμα, ἠγερὸς τῆς πεζῆς ἠρέμα, ὡσπερ ἐμὲ ὄραεις, κὺ σὺ ὦ χρυσάντα ὅτι ἴσῳ τούτῳ τὸ ἰσῳπικὸν ἔχων συμπαρέπου, ἐγὼ δὲ ἀπιμι ἐκέεισε, ὅθιν μοι δοκεῖ κερὸς εἶναι ἀρχεσθαι τῆς μάχης, Sed tu quidem inquit, ὀ Arsama, præcedas peditatum paulatim, quemadmodum me facere cernis: & tu ὀ Chrystanta, æquali spacio nà cum equitatu illum sequere: ego verò illuc abeo, vbi commodū mihi esse videtur, prælium auspicari. Demosth. ἐγὼ μὲν οὕτως περὶ τῆς τύχης ἐξετάζειν ἀξιῶ, ὅδε πλὴν ἰδίαν τύχην πλὴν ἐμὴν τῆς κοινῆς τῆς πόλεως κινεῶν ἐσθ φησί, Ego quidem hoc modo de fortuna inuestigare volo: ille verò priuatam fortunam meam communi reipub. præstantiorem esse ait. Emphasis, gratia: Cic. Lentulo, Ego omni officio ac potius

pietate erga te cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio. Demosth. in Androtionem, τὸν πατέρα ὡς ἀπέκτονα ἐγὼ τὸν ἐμαυτοῦ, Patrem quòd ego meum interfecerim. Idem in eundem, ἐγὼ τὸ πρῶτον γνώσκω ἑδὼκῶ, Ego rē nouisse videor.

## Infinitiuus pro recto.

Verbum Infinitum pro nominatiuo ponitur in constructione apud Græcos & Latinos. Et illi quidem pro omni casu verbo infinitiui modi utuntur, articulo neutri generis præcedente: hi verò pro nominatiuo vel accusatiuo: vt Persius,

Sed pulchrū est digito mōstrari, & dicier hic est. Horatius,

Virtus est vitium fugere, & sapientia prima

Stultitia caruisse. Terent. in Adelph. Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est. Idē in Eunuchō, Certè extrema linea amare, haud nihil est. Lucan. lib. 4,

Victurōsque dei celant, vt viuere possint

Fælix esse mori. Sic Græci, Demosth. Olynth. 2, τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκείνων ἓνα ἕνα κύριον, καὶ ἡπῶν καὶ ἀπορρήτων, ἔαμα στρατηγόν, ἔα δειπῶν, ἔα ταμίαν, καὶ πωλιχοῦ αὐτὸν παρῆναι τῆς στρατεύματι, πρὸς μὲν τὰ τῶ πολέμου ἄλλα, ἔα καὶ κερὰ κερὸν πρὸς τὰ πολλὰ πρὸς ἄλλα, Quòd enim solus omnium rerum dominus est, fandarum ac nefandarum, simulque dux ac dominus, quæstōrque: item quòd vbique exercitui præsens adest, ad hoc quidem, vt res bellicæ celeriter atque opportunè tráfigatur, plurimum momenti habet. Isocrat. ad Nicocl. τὸ μὲν γὰρ φιλοσοφεῖν τὰς ἰσοδύσσοι δείξει, τὸ δὲ ἐπὶ αὐτῶν ἡπῶν ἔργων γυμνάσειται, δυνάμει σὲ χρῆσθαι τοῖς πρῶτοις ποιήσῃ, Etenim



philosophari vias tibi præmonstrabit, verùm in  
 ipsis operibus exerceri, faciet vt rebus vti queas.

## Duo singularia verbo plurali coniuncta.

Duo singularia, coniunctione copulatiua con-  
 nexa, requirunt plurale verbum. Cic. ad Terent. Si  
 tu & Tulliola valetis, ego & Cicero valemus. Vir-  
 gil. Æneid. 1, -diuellimur inde Iphitus & Pe-  
 lias mecum. Sic Græci. Aristot. in. 1. de Generat.  
 animal. σπέρμα δὲ ἔκ καρπὸς διαφέρεισι τῷ ἕτερον καὶ  
 πρότερον, semen & fructus differunt secundū prius  
 & posterius. Aristoph. Pluto. καὶ σὺ ἔ σὺ χαίρετε,  
 & tu & tu saluete. Eadē oratio singulariter vni-  
 co verbo potest efferrī, si id vel præcedat, vel me-  
 dium inter vtrunque nominatiuum intercedat, vt  
 φιλοσοφεῖ Σωκράτης ἔ πλάτων, Disputat vel philoso-  
 phatur Socrates & Plato. Vel, Σωκράτης φιλοσοφεῖ καὶ  
 πλάτων, Socrates philosophatur & Plato.

## Duo vel plura nomina vni verbo singulari coniuncta.

Est quando multis nominibus vnum verbum  
 additur in singulari numero, per figuram, quæ  
 ζῦγμα dicitur. Cic. pro Rab. Nam cūm existerent  
 nonnullæ, sed perpaucæ tamen sententiæ, quæ cē-  
 ferent, vt Tribuni, vt Præfecti, vt comites omnes  
 magistratum hac lege tenerentur: vos vos inquā  
 ipsi & Senatus frequens restittit. Et in Sallust. Qui  
 mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur,

animo quidem meo superet: cūm vniuersi vos populusque Romanus aduentu meo gratulatus est. Aristot. Ethic. 5, πὶ δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτῆ, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημῶν, quid differat virtus & hæc iustitia, ex iam dictis manifestum est. Idem in 1. de Gener. animal. εἶσι καὶ τὴν πῶ μορφῶν γυνὴ ἔ παῖς. Similis est forma mulieris & pueri, ἀπὸ εἰσίχασιν. Isocrat. in Euag. πλαμῶνος μὲν Αἴας καὶ Πυρρος ἐγγνήθη, Πηλέως δὲ Ἀχιλλεύς, Ἀ Τελαμῶνι quidem Αἴας & Teucrus oriundus est, à Peleo verò Achilles. pro ἐγγνήθησαν.

## Constructio nominum collectiuorum.

Nomina collectiua, quæ à Græcis *ᾠεληπικὰ* ἔ συστηματικὰ vocantur, cūm singulari numero multitudinem significant, verbum plurale post se flagitant, tam apud Græcos quàm apud Latinos. Ad sensum enim seu intellectum refertur constructio. Virg. Æneid. 1,

Pars in frustra secant, verubusque tremētia figūt. Ibi ad sensum redditur verbum (secant) quia per (Pars) Troianorum plures intelliguntur. Hom. ὡς φάσαν ἡ πληθὺς, sic locuta est multitudo. pro ἔφαθ' ἡ πληθὺς. Xenoph. ἑλλῆν. 2. εἰσιόντας δὲ αὐτοῖς ὄχλος ᾠελεχίτη πολίς, φοβούμενοι μὴ ἄπρακτοι ἦκοιεν, Ingredientes verò, magna circumdabat hominum multitudine, timentes ne re infecta venirent.

Alia est huius constructionis forma, cūm nomen collectiuum singulare per relatiuum plurale refertur in oratione. Terent. in Eunuchò,

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis

Quamplurimis, & minimè multos lædere,

In his poeta hic nomen profitetur suum.

Demost. in Olynth. εἰ μὴ γὰρ τις αὐτῶν ἐν αὐτοῖς οἷος ἐμ-  
πειρος πολέμου ἔα γῶναι, οὕτως μὲ φιλοδοξία πάντας  
ἀπωθεῖν αὐτὸν ἔφη, Si quis enim inter ipsos sit belli  
certaminumque peritus, eos omnes ambitione  
ipsum repellere ait. Sophocl. in Antigone, ὅστις γὰρ  
αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, ἢ γλώττιαν ἢ ἐκ δήμου, ἢ ψυ-  
χῶν ἔχων, οὗτοι διὰ πυχθέστες ὠφθησαν κενοί, Quicun-  
que enim solus vel sapere, vel linguam, qualem  
præter eum nemo alius, animumque habere se  
existimat, hi repudiati vacui & inanes conspecti  
sunt. Figuram hanc Græci δημοσιότητα καὶ σιωπῆσιν  
vocant.

## Verba Impersonalia.

À superiori regula excipiuntur verba imper-  
sonalia, quæ nullum ante se casum habent, vnde  
& impersonalia dicuntur. Terentius, Itur ad me,  
quoniam nemini obtrudi potest. Ouid.

Viuitur ex raptō, non hospes ab hospite tutus.

Perfius,

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Sic Piget, Pudet, Tædet, Pœnitet. Apud Græcos ἰτέ  
δεῖ, χρεῖ, παροσῖκει, παρέπει, ἐνδέχεται, συμβαίνει, δοκεῖ, συμ-  
φέρει, ἐπάρχεται, ἐνεσι, ἔξεσι, μέτεσι, πάρεσι, aliisque his si-  
milia, tertiæ personæ formam habentia, imper-  
sonalia sunt, nullumque ante se casum in constru-  
ctione habent: vt apud Demosthenem, δεῖ δὴ χρη-  
μάτων, pecunia sanè opus est. Et apud eundem, δο-  
κεῖ τῇ βουλῇ καὶ τῶν δῆμων πέμψαι πρέσβεις, Placet se-  
natui populoque legatos mittere. Hom. Iliad. α',  
οὐ χρεῖ παυνύχον βῆ δεῖν βουληφόροι ἀνδρα,

Non oportet hominem consiliarium tota nocte dormire.

Excipiuntur etiam verba Infinitivi modi, quæ pro nominatio accusatiuum habet, qui proprius casus est infinitiuorum, ut Aiunt probos adoleſcentes corrumpi consuetudine malorum. id est, aiunt quod probi adoleſcentes corrumpantur consuetudine malorum. Apud Græcos similiter omnia verba infinita, cum persona agente vel patiente, vel neque agente neque patiente coniuncta, cum accusatio construuntur. Xenoph. παῖδες δὲ τῶν δοῦλων ἔδειξάν τε καὶ ἀκούσαντες τῶν ἀκαθάρτων ἠρώσαντες ἡμᾶς ἵνα ἴδωμεν ἡμᾶς δὲ εἰς τὸν αἰῶνα εἰσελθεῖν ἔδειξάν τε καὶ ἀκούσαντες, ὅτι πλείονος αἰῶνος φαίνεται ἔδειξάν τε καὶ ἀκούσαντες, Eatenus à seruis nos differre oportet, quatenus serui quidem inuiti suis dominis inseruiunt: nos verò si quidem liberi esse volumus, spontaneos facere oportet, quicquid dignissimum esse videtur. Demosth. ὡς τὸν φίλιππον παθεῖν καὶ δοῦλαι δίκην, ut Philippus aliquid pateretur darétque pœnas.

## Vtrisque Nominatiuus.

Quædam verba vtrisque nominandi casum asciscunt: cuiusmodi sunt verba substantiua, ut Deus est summum bonum. Virgil.

Dulce satis humor, maturis frugibus imber. Subauditur enim verbum substantiuum Est. Sic & apud Græcos. Pythagor. μέγρον δὲ ἐπὶ πᾶσι ἀριστον, modus in omnibus rebus optimus. subintelligitur ἐστίν, est. Demosten. ἡμῶν οἶμαι μέγα τοιούτοις ἰσχυρὰ λόγοις ἢ ἐκείνου βούλησις, At verò existimo singulorum voluntatem magnam habere vim in talibus negociis.

Interim posterior nominatiuus elegāter in genitiuū mutatur apud Græcos. Demost. ἢ ἀπὸ πῶπι-  
 τω ἀν εἶη, pro τοῦ το ἀν εἶη ἀπὸ πῶπιται, id foret absur-  
 diffimum . Ad hunc modum possunt omnia no-  
 mina adiectiua , sine articulis prolata , verboque  
 substantiuo coniuncta , per genitiuum pluralem  
 cum articulo per omnes casus & numeros efferi,  
 vt pro δημοθένης τῶ σοφός, dicūt δημοθένης ἢ τῶ σοφῶν  
 τῶ, hoc est, εἷς ἢ τῶ σοφῶν τῶ, Demosthenes sapientum  
 erat, hoc est, sapiens, vel vnus sapientum.

Eiusdem classis sunt verba, quæ Vocatiua nun-  
 cupantur . Cic. in Lælio , Ex qua vna virtute viri  
 boni appellatur. Idem in Catone Maiore, Vt sunt,  
 sic etiam appellantur senes . Sic Græci, δημοθένης  
 καλεῖται ῥήτωρ, Demosthenes appellatur rhetor. Et  
 illud Gregorii de Seruatore, Σαμάρητης αἰκούη καὶ  
 δαίμονων, Samaritanus dæmoniόque agitatus ap-  
 pellatur. Idem εἰς Αἰθαναιο. καθὸ καὶ Ἀβραάμ καὶ Ἰσαάκ  
 καὶ Ἰακώβ αἰκούει θεός, ὁ θεός, Vnde Deus, Abraham  
 deus, & Deus Isaac & Jacob vocatur.

Huc pertinent etiam verba passiuua , quæ ad iu-  
 dicium referuntur. Sallust. Virtus clara æternaque  
 habetur. Thucyd. φαίνεται γὰρ ἡ νῦν ἑλλὰς καλουμένη,  
 οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, Videtur enim ea quæ nūc  
 Græcia appellatur , olim non firmiter fuisse ha-  
 bitata.

Verba item gestuum . Cic. in Catone, Venio in  
 senatum frequens. Terent. in And. Redeo inde  
 iratus atque ægrè ferens . Studes pronus, Dormis  
 supinus, Incedis reclusus. Sic Græci, ὀρθὸς βαδίζει, ere-  
 ctus ambulat, ὑπὸ πῖος κοιμᾶται, resupinus dormit.

## Infinitum varians.

Infinita rectum sæpe ab utraque parte habent vel expressum, vel intellectum, ut Petrus studeat videri diues, Malim esse diues quàm haberi. Quintil. Instit. lib. 2, Ita si Rhetorice vocari debet sermo quicumque, fuisse eam, antequam esset ars, confitebor. Idem lib. 7, Quo in genere semper prior debet esse defensio. Demosth. καὶ Τιμοκρ. καὶ εἰ μὲν δόξῃ καλὸς καὶ χρησίμος εἶναι ὁ νόμος, ζῆ ὁ θεὸς καὶ ἀρχαίχται. Et si quidem lex bona vtilisque esse videatur, vivit qui eam tulit disceditque. Homerus,

αἴθ' ὄφελος ἄχρῆς τ' ἔμειναι ἄχρῆς τ' ἀπολέσθαι,

Utinam sine liberis essem, sineque vxore perirem. Subauditur enim ἐγώ.

Quædam variis modis efferuntur, ut Non licet Athenis esse probos, & Non licet Athenis esse probis. Ad eundem modum Græci dicunt, ἀρέσκει μοι νικῶντα θριαμβεύειν, καὶ ἀρέσκει μοι νικῶντα θριαμβεύειν. Cic. pro Flacco, Liceat illis qui hæc salua esse volunt, ipsis esse saluis. Demosth. πρὸς μεγαλοπολ. ὅτι μὴ προσδεξάμεθα μὴ ὑμῶν τοῖς μεγαλοπολίταις, εἰ μὴ ἀναίρεθῶσι καὶ διοικηθῶσιν, ἰσχυροῖς λακεδαίμονιοις βύθους ὄσιν εἶναι, Quòd si vos Megalopolitanos nō suscipiatis, ipsique dissociati dispersique fuerint; Lacedæmoniis continuò fortibus ac robustis esse licet. Aristid. τῆ ἤν' ἔστων προσηύχου οὐδέσιν διήοις ὁμοίως ἡμέροις εἶναι δοκεῖν λιπόντες, Mansuetudine morū nullis aliis relinquentes, ut ex æquo benigni placidique videantur. Demosth. ἰθυφάλλοις ἢ ἔστυπλήχοις συγχωροῦμεν εἶναι τοῖς ὑέσι τοῖς τύπου, Ithyphallis verò scurrisque permittimus, ut sint eius porci. Andocid. οἷς προσήκει ἀγαθοῖς ἀνδράσιν εἶναι, quibus conuenit ut boni viri sint. Interdum per accusatiuum

dicitur : vt pro Cornelio Balbo , Quid si ciui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio? A` datiuo enim ad accusatiuum transitus factus est, vt & apud Isocratem, licet non per infinitiuum verbi substantiuu loquentem . sic enim scribit in Plataico, εἰ δ' οὐκ ἔτι τὰν ἀπὸ μέλλοιεν ἀπαίτα παρ᾽ ἔξειν, οὐδ' οὕτως ἠγούμαι παρ᾽ ἑσέειν ὑμῖν τῆς Ἑλλάδος πόλεως πλείω ποιήσασθαι λόγον, ἢ τῶν ὀρκῶν καὶ τῶν σιωπηκῶν. ἐν θυμουδαίοις παρ᾽ ἑσέειν μὲν, &c. Quòd si contraria ratione omnia facturi sint, neque sic existimo vobis conuenire, vt maiorem habeatis ratione ciuitatis Thebanorum, quàm iuramentorum fœderumque, cogitantes, &c.

## Genitiuus post verbum.

Sum genitiuum postulat, quoties significat possessionem, aut ad aliquid pertinere. Possessionem, vt Plaut. in Amphitryone, Equidem Sofia Amphitryonis sum. Terent. in Heaut. Non esse horum te arbitror. Cic. Cælio, Iam me Pompeii totum esse scis. Eandem prorsus constructionem habet apud Græcos verbum εἰμὲν, Demosth. πασίωνος ὦν, subaudi ἐκγονος, Pasionis existens filius. Ad aliquid pertinere: vt Cicero in Verrem, Boni iudicis est, facere cōiecturam. Plaut. in Capt. Est miserorū, vt maleuolentes sint, atque inuideant bonis. Cic. pro Cluentio, Non est nostri ingenii, vestri auxilii est Iudices huic subuenire. Demosth. οὐτε φρονέων οὐτε ἡγούτων ὅτιν ἀφρώπων, neque prudentium, neque ingenuorum hominum est. Interdum verbum substantiuū non exprimitur apud Græcos, sed subintelligitur. Demosth. πολίτου δικασίου κρίνω, viri iusti esse iudico. Idem, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχης ὑπολαμ-

καίω, sed etiam vestrae fortunae esse arbitror. & πῆς ὑμετέρας ἀμολείας θεῖν, vestrae negligentiae quis ascripserit. In quibus omnibus subauditur ἴ).

## Interest, Refert. Διαφέρει.

Interest & Refert, cum significat ad aliquid pertinere, etiam genitium asciscunt Cic. pro Domo sua, Ego vero Reipub. semper interesse putavi, me illius pulcherrimi facti, quod ex autoritate Senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriae gessissem, splendorem verbis dignitatemque retinere. Hoc est, Reipub. negocium esse, & ad Reipub. pertinere. Apud Graecos verò verbum διαφέρει, quod his duobus significandi vi ac potestate respondet, non cum genitio, sed cum datiuo coniungitur. Synes. ἐμοὶ δὲ καὶ ἰδίᾳ διαφέρει τὸ παρ' αὐτῶσι περιπέειν ὅτι τὰ βασιλεία, Mea peculiariter refert. Herodianus, ἐπὶ μηδὲ αὐτοῖς διέφερε τῶντα εἰδέναι, Quandoquidem neque eorum intererat aut referebat haec nouisse. Demosth. ὃ ὁκείνοις φησὶν μάλα διαφέρειν, cuius multum intererat, ut illi salui & incolumes essent. Quod etiam per genitium dicitur, διαφέρει μοι τούτου, ut μέλει τούτου.

Plurima sunt verba apud Graecos, genitium regentia, quae apud Latinos non tam genitium quam alium quemuis casum post se requirunt: quorum quendam quasi catalogum hic libuit subiicere, simulque quibus casibus apud Latinos construuntur ob oculos ponere, quò facilius, quid similitudinis, discriminisue in utraque lingua sit, perspici queat.



## Verba æstimandi.

Verba æstimandi tam apud Latinos quàm apud Græcos genitiuis gaudēt. Hoc tamē interest, quòd apud Latinos genitiuis absolutè verbo coniungitur, apud Græcos autē ferè mediante præpositione *ὡς*. Plaut. Capt. -dum ne ob malefacta peream, parui æstimo Si ego hîc peribo. Cic. de Finib. 3, Sic bonum hoc de quo agimus, est illud quidem plurimi æstimādum: sed ea æstimatio genere valet, nō magnitudine. Idem ad Attic. Nunc nihil mihi tāti est, faciam quod volūt. Idem Cass. Magni erūt mihi tuæ literæ. Plaut. Curcul. Respicio nihili vos meam gratiam facere. Idem Milite, Sed me exceptit: nihili facio quid faciat ceteris. Terent. Eunuch. Aut ego isthuc abs te factum nihili penderem. Quod etiam pro nihilo habere dicunt Latini, Græcā quasi constructionem imitantes. Cic. pro Marcel. Omnis voluptas præterita pro nihilo est habenda. Idem Offic. 2, Quæ quidem contemnere, & pro nihilo habere, &c. Isocrat. *ὡς πλείονος ποιῶ δόξαν καλῶν, ἢ πλοῦτον μέγα τοῖς παισὶν καταλιπεῖν. ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἢ δὲ αἰθέραιος*, Pluris facias existimationem bonam liberis tuis relinquere, quàm diuitias: hæ enim mortales sunt atque caducæ, illa verò immortalis est ac perpetua. Sic *ὡς ὀλίγον, καὶ πειλάπιονος*. Demosthenes, *καὶ τὸν νόμον ὡς εὐβάνων, ὅν οὐ ὡς ἐλάπιονος ἢ ἢ ἡδονῶν ἐπίησαι*, Legemque transgressus, quam minoris fecisti quàm voluptates. Isocrates, *καὶ ὡς ἐλάπιονος φάνομαι ποιούμενος πλεὺ ψυχῶν, τοῦ παρὸ μὲν διδοκίμειν*, Maiorisque fecisse videor, vt bene apud vos audiam, clariusque sim, quàm vitam. *ὡς πλείου: Ἰσᾶος. νῦν δὲ χρώμενος ἡμῖν, καὶ ὡς πλείου ποιούμενος ἀπαίτων*, Nunc

verò familiaritate ac consuetudine nostra vsus, nosque maximi faciens. *ὡς πολλοῖς*: Plato in Euthyd. ὡσπερ γὰρ ἔλεγον, ὡς πολλοῖς ἡμῖν τυγχάνει οἷ, τὸνδε τὸν νεαρισκὸν θρόνον καὶ ἀγαθὸν γυμνάσιον, Nam quemadmodum dixi, maximi nostra refert, ut adolescens iste sapiens ac bonus euadat. Et cum aliis verbis: *Λυγ. ὡς οὐδενὸς ἠγούμαι*, nihili vel pro nihilo habebant. Idem, *καίτοι οὐδὲν οὐδὲν τὰς μὲν μικρὰς ζήμιας ὡς πολλοῖς ποιοῦμαι, τοὺς δὲ ὡς τῷ σώματι κινδυνούσιν ὡς οὐδενὸς ἠγούμαι*, Quauis sanè non quidem exigua incommoda magni facio, capitis verò vitæque pericula negligo ac floccipendo. Sic *ὡς πάντων ποιοῦμαι*, maximi æstimo vel facio. Gal. *ὡς πάντων οὐδὲν ἐπισητάμι καὶ ὡς τὸ κατὰ ἡμᾶς ἰατρὸν λαβεῖν πλεῖστον*, Maximi itaque feci etiam nostri temporis medici picturam seu descriptionem sumere.

Vtuntur etiam alia constructione Græci in eiusmodi sensu, videlicet genitiuum in accusatiuum, præpositione *ὡς* antecedente, conuertentes, ut *παρ' οὐδενὸς ἠγέμαι*, Nihili facio, pro nihilo habeo. Quod etiam omiſſa præpositione efferunt. Basil. ad Gregorium, *σὸν ἴδιον ὄντως τὸ δεινὸν ἡμᾶς, καὶ τὸ σὸς ψυχῆς τῆς πάντα τὰ τῆδε μηδὲν ἠθεμελίως πρὸς πλεῖστον ἐπισητάμις ἀποκεκέραιω ἡμῖν μακαροῦσι*, Hac tua erat re vera cogitatio, anima que ac mentis tuæ, quæ terrena omnia pro nihilo habet, cum beatitudine in promissionibus nobis reposita, collata. Latini in tali sententia sæpenumero hyperbolicè vtuntur, ut Nauci non facio. Plaut. Nauci non erit. Idem, Minas istas flocci non facio. Catull. Non faciunt pili cohortem. Ad hanc formã dixit Terentius in Adelph. Huius non facio, *δὲ κηκῶς*, re quapiam vilissima demonstrata, quod & apud Græcos dicitur *οὐδὲν ὡς οὐδενὸς ἠγέμαι*.

Verbum *ἡμᾶς*, quod propriè apud Græcos æstimare significat, latinam constructionem imitatur: simpliciter enim genitio rei adiūgitur sine præpositione. Synes. *πόσου δοκεῖς ἡμᾶς πάλιν εἰρήνῃ ἰδεῖν*; Quanti me censes æstimare, vt denuò pacem videam? Demosth. *καὶ Ἄνδρες. ὅτι τίνῃ ὑμῖν γινώσκουσιν, εἰ τούτου ἡμᾶς τιὸ πολιτείαν, & τὸς κειμένους νόμους, & τὸ διορκεῖν*, Vobis itaque considerandum nunc est, vtrum tanti faciatis rempub. legesque latas, &c.

## Emendi ac vendendi verba.

Emendi vendendique verba, aliaque consimilis significationis, apud Græcos & Latinos genitio construuntur. Hoc tamen interest, quòd genitius apud Latinos interdum in ablatium mutatur, si substantiuum certi precii exprimitur, vt *Vendit domum suam mina*. Sueton. *Amplissima prædia nummo addixit*. Horat.

*Eritque tuus nummorum millibus octo.*

Alioquin sine substantiuo precium designante, adiciuntur eis genitui *Tanti*, *quanti*, *pluris*, *minoris*, *tantidem*, *quantius*, *quantilibet*, *quanticumque*. Apud Græcos verò vtroque modo cum genitio iunguntur. Demosthen. *ἐκ ὠνούμαι μωείων δραχμῶν μεταμέλειαν*, Non emo decem mille drachmis pœnitentiam. Lucian. *ἐν πωρατῆ βίων. πόσου δ' ἔστιν* Er. *εἴκοσι μῶν*. A. γορ. *πολύ λέγεις*, &c. *ὡς τὸ ὠνούμαι αὐτὸν εἴκοσιν*, subaudi *μῶν*, *Quanti precii est?* Merc. *Viginti minarum*. Empt. *Multum dicis*, &c. Itaque *viginti minis eum emo*. Vbi notandum verbum quoque substantiuum *εἰμὶ*, in significatione precii vel venditionis acceptum, genitium regere. Ari-

stroph. ἰκ αὐ̄ περιάμω οὐδ' αὐ̄ ἰγάδος μιᾶς, non vna  
 emerim carica. Cui persimile est illud Plauti in  
 Milite, Vitam tuam vitiosa nuce non eniam. Lu-  
 cian. ἐν πορείᾳ βίων, ὥστε ὠνήσομαι πάντως αὐτὸν ἔνερβα  
 sunt emptoris) πόσου τῆτον ἀποκηρίτης; Er. δέκα μινῶν.  
 Quanti eum vendis? Merc. Decem minis. Ibidem,  
 ποθὲς ταῦτα μὲν οὐδέμαί σου, ναύτης δ' αὐ̄ ἴσως ἢ κηπο-  
 ρὸς ἐν κειρῶ ἡμόιο, καὶ ταῦτα ἡ ἐθέλησεν ἀποδόσαι οὐποσὲ  
 τὸ μέγιστον δύο ὀβολῶν, Ad hæc quidem te non indi-  
 geo: nauta verò aliquis vel hortulanus commodè  
 fueris, idque si temetipsum talis cùm sis, ut pluri-  
 mum dicam, duobus obolis diuendere velles. Sic  
 ἡμαῖ καὶ πμαῖ αχ, de quo paulò antè, quod apud La-  
 tinis Indicare dicitur, hoc est, πλὴν ἀξίαν τῆς ὠνίων  
 ἔπειν, quod institoris est, & venditantis merces,  
 genitiuo gaudet. Ut πόσου ἡμαῖται τὰ ὠνια; εἴκοσι δρα-  
 χμῶν; Quanti æstimantur venalia, viginti dra-  
 chmarum. Et ἀξιοῦν, quod idem significat. Plato  
 lib. ii. de Legib. ὁ δ' ἐφανερὸς ἡμόμορος πὶ πωλῶν τοιοῦτον,  
 ποθὲς πῶς σερηθιῶναι τὸ κισθηλὸν θέντος, ὁπόσης αὐ̄ ἡμῆς  
 ἀξιώση τὸ πωλοῦμόρον, καὶ δραχμῶν ἐκάστην τυπέτω πλη-  
 ρας, Quod si cognitū fuerit aliquè tale quid vēde-  
 re, ad hæc quòd mercibus corruptis priuabitur,  
 pro numero quoque drachmarū plagas accipiet.

### Accusandi.

Verba accusandi, damnandi, absoluendi, laudā-  
 di, breuiter quæ causam significant, præter accu-  
 satiuum genitiuum asciscunt, apud Græcos pari-  
 ter & Latinos. Sallust. Quos pecuniæ captæ arces-  
 sebant. Terent. Hic se furti alligat. Cornel. Tacit.  
 Maiestatis delatus est. Sueton. Dolobellam repe-  
 tendarum postulauit. Plin. Inuenimus Ignatii  
 vxorem, cùm vinum bibisset è dolio, interfectam

fuste à marito, eúmque cædis à Romulo absolu-  
tum. Liu. Aliquot matrónas apud populum pro-  
bri accusarunt. Demosth. ἐγὼ γὰρ ἀσχίνῳ οὐδενὸς ἀ-  
πιώμαι ἢ ἐν πολέμῳ πολεμίων τούτων τῶν εἰσιν στρατη-  
γῶν ὑπεβύθουσι, Ego enim Æschinem nullius eorum  
accuso, quæ in bello gesta sunt. Idem χῆ<sup>1</sup> Μειδίῳ.  
ἐπαπασάμερός με φόνος, cædis me in simulant. Idem  
χῆ<sup>1</sup> Τιμοκρ. οὐδέ γὰρ οἱ τῆς ξενίας ἀλισκομένοι ἀνακαπύουσιν  
ἐν οἰκίαισιν πούτω ὄντες, ἕως αὐτῶν ψευδομυθῶν ἀνω-  
νίστανται, id est, qui peregrinitatis damnati sunt &  
conuicti. Plutar. in Cæf. Δολοβέλλαι ἔκρινε κακώσιως  
ἐπαρχίας, accusauit repetundarum. Demosth. ὑπὲρ  
σεφάν. εἰ μὴ εἰσαγγελίας ἀξία φράσιοντά με ἐώρεα, εἰσαγ-  
γέλλοντα, ἔ τῶτον τὸν ἔσπον εἰς κρίσιν κατισταύατα παρ' ὑμῖν.  
εἰ δὲ φράσιοντα φράσιοντα, παρνομένων φραφόδρον, viola-  
tarum legum me accusantem. Lyfias ὑπὲρ τῶν Ερεπο-  
δίνους, τῶν δικαστῶν τῶν ἀξίους πάγου διαρρήδῳ εἰ-  
ρηται, τῶτον μὴ καταγινώσκειν φόνος, ὅς αὐτῶν δάμνην τῆ  
ἑαυτῶν μοιχὸν λαβὼν, ταύτῳ ἡμωρίαν ποιήσεται, Iudici-  
bus qui sunt in Ariopago expressè dictum est, ut  
eū cædis nō damnēt, qui de adultero, cū vxore sua  
cōprehensō, tales pœnas sumpserit. Demosth. χῆ<sup>1</sup>  
Μεδ. εἰ μὴ ἐν ᾧ ἄνδρες ἀθλωαῖοι φρασιονόμενον ἢ φραφροσε-  
σίας, ἢ πρὸς δήμῳ πιαύτης ἀπίας ἐμελλον αὐτῶν κατηγορεῖν.  
Quòd si Athenienses, vel violatarū legum, vel falsæ  
legationis, vel alterius id genus cuiusdā criminis  
illū accusaturus essem. Habet verò hoc verbū ali-  
quid singulare præ cæteris, iam antè positis, nem-  
pe quòd duos regit genitiuos : id quod fit proptæ  
præpositionē χῆ<sup>1</sup>, cum qua componitur, quæ geni-  
tiuū exigit. Ἀπολύω, quod absoluere significat, eodē  
modo cōstruitur. Polyb. lib. 3. τοὺς ὅκ τῶν ποσειδικῶν πο-  
λέμου καταπαδόντας ἀπολύσαντες τῆς ἐπινηθείσης αὐ-  
τῶν διαβολῆς, impati criminis absoluentes.

Est autem quando hanc constructionem Græci immutant, accusatiuum personæ in genitiuum, & genitiuū rei vel criminis in accusatiuum conuertentes, ut καταγνώσκω τὸν ἀμαθίαν, ἢ κακίαν, ἢ φθόνον. Thucyd. καὶ ἦν δὲ φουζόντων γάναπιν καταγόντες, ἐπεὶ εἶπον ἀργύριον τῷ ἀποκλείαντι, Eōsque qui aufugissent mortis condemnantes, pecuniam interfectoꝝ denunciaverunt. Quam constructionem etiam Latini imitati reperiuntur. Cic. ad Quint. Fratrem, Nam quod inertiam accusas adolescentium. Idē ad Torquatū, Cuius tu desperationem accusare solitus es.

Interdum duobus utuntur accusatiuis: Demosthen. ἕως φορμίλωνος, ὃ ἴ ἀυτοῦ φανερώς καταγνοῖς, καὶ ἀφείς καὶ ἀπαλλάξας, ἵνα αὐτὸν εἰπὼν ἀπίαν ἀπασάμδρος, ἵ αὐτῶν πάλιν διακρίσω; Quid cōtra seipsum obiicere potest, quamobrem contra acceptilationem ab se factam, rursus quæstionem rei eiusdem referat, cuius semetipsum damnauit? οὐδεμίαν δήπου, nihil sanē.

Porro notandū superiores locutiones omnes, sicut & has sequentes, βύδαμονίζω σε ὑγείας, ἀποδέχομαι σε ἢ παραρέσεως, καταγνώ σου κλοπῆς, figuratas esse, ut apud Demosth. πολλὰ μὲν γίνωσκω ἄνδρες ἀθλωαῖσι φίλιππον βύδαμονίσας τῆς τύχης, εἰκότως τῶν μάλιστα βύδαμονίσαν ἀπάντων: Philippum ob fortunam ac prosperitatem beatum prædicās. Est enim hoc dictum ἐλειπτικῶς, pro ἕνεκα τῆς τύχης. Andocid. ἐγὼ οὖν τῆς μὲν τύχης ἢ ἐχρησάμην, διακρίως αὐτὸ πάντων ἐλεηθεῖλω. Ego itaque dignus sum, cuius ob infortunium & calamitatē omnes homines misereantur. τῆς τύχης, pro ἕνεκα τῆς τύχης. Quem Latini nonnunquam imitantur, in genitiuo nominum, gerundiorum terminationes haben-

tium, vt Populi seruandi laborat, Reipub. defendæ periclitatur, subintelligendum est causa vel gratia. Sallustius in Iugurtha, Quæ postquam gloriosa modò, neque belli patrandi cognouit, subauditur causa.

Latini sæpenumero genitiuum in ablatiuum mutât antecedēte præpositione De. Cic. ad Art. De coronatis cùm sororis tuæ filius à patre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia. Gell. Quæ Timarchum de pudicitia grauiter insignitèrque accusaret. Apud Græcos quoque mutatur in datiuum, interposita præpositione ὅτι vel ὑπὲρ. Herodot. πῦρον πεφυραδευῶσαι ἔλεγον ἀλόντα ὅτι σάσεις καὶ πολλοῖς ἀμδρτήμασι, pro σάσεων καὶ πολλῶν ἀμδρτημάτων, de seditionibus multisque criminibus conuictum. Demosth. καὶ μὴ οὐδὲ ὁ φίλιππος οὐδὲν ἀηῶται ὑπὲρ τοῦ πολέμου κακοῖς. Et sanè neque Philippus quicquam de malis belli accusatur.

Genitiuus iste criminis eleganter in participiū mutatur apud Græcos. Demosth. ἀπειθῶν οὕτως ἐάλωκε, pro ἀσεβείας, impietatis violatiq; numinis damnatus est. Sic ἐάλω κλέπτων, pro ἐάλω κλοπῆς, in furto deprehensus est.

### Variantia quædam.

Plæraque verba sunt in vtraque lingua, quæ nõ respuunt diuersam constructionem. Ac primùm memoriæ, recordandique verba tam Græci quàm Latini genitiuo & accusatiuo construunt. Virgil. Æneid. 4,

-nec meminisse pigebit Elisæ.

Idem in Bucolicis,

-numeros memini, si verba tenerem.

Plaut. in Casina, Mirum ecastor, senecta ætate te officium tuum non meminisse. Terent. Eius reminiscor. Cic. de Senect. Magnòque esse argumēto homines scire pluraque antequam nati sint, quòd iam pueri cùm artes difficiles discunt, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tū primùm accipere videantur, sed reminisci & recordari. Idem pro Plancio, Huius meriti in me recorder. Virg. Æneid. 2,

Quisquis es amissos iā hinc obliuiscere Graios.  
Idem in tertio,

Oblitusve sui est Ithacus discrimine tantor  
Demosth. ἰσθ' σε φάμ. ἤν' ἐμοὶ πεπραγμένων οὐχὲ μνήμῃται, rerum à me gestarum non meminit. Isocr. in Paneg. ἐκ ἀμνημονίων οὐτ' ὀκείνων, neque horum immemor. Demosth. Philipp. 2, οὐτ' ἀμνημονεῖ τὰς λόγους οὐτ' ἐπὶ τὰς ὑποσχέσεις, ἐφ' αἷς τῆς εἰρήνης ἔπυχεν, neque immemor est sermonum promissorumque, quibus pacem est adeptus. Aristophan. οἱ μοι Θοφίας ἢς ἐμνήσθης, heu mihi ob sapientiam cuius meministi. Demosthenes ἰσθ' σε φ. ἵνα πλὴν ὅτ' ἀδωροδόκητος ἰσθ' ἤρχε παραίρεσιν αὐτῆς τῆς πολιτείας ἀναμνησθέντες ὡς παραβέβλημύλω, &c. vt ipsius cùm adhuc muneribus largitionibusque corruptus non esset, administranda reipub. institutum quasi obductum velatumque recordantes, &c. Hom. Iliad. α',

μνήσασα πατρὸς σείο θεοῖς ἑπιείκελ' ἀχιλλεύ.

Memento patris tui diis similis Achilles.

Idem Iliad. α',

μémνημαι π' εἰ ἔργον ἐγὼ πάλαι, οὐπ' νέον γε.

Memini iam olim huius facti, neque enim nouum est ac recens. Isocrat. ad Demonicum, ἐν ἀπασὶ ᾧ πῖς ἔργους οὐχ' οὕτω ᾧ ἀρχῆς μνημονοῦσθαι,



ὡς τῆς πλῆθους ἀσθενει λαμβάνομεν, non tam principi meminimus, &c. Idem ad eundem, καὶ γὰρ τῆς υγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν ταῖς λύπαις ταῖς ἐκ τῆς ἀρρώστιας ἀναμνησκώμεν, maximam sanitatis curam ac rationem habemus tum, cum dolores, qui ex aegritudine morboque nascuntur, recordamur. Cum genitio, ut ἀναμνησκόντες γὰρ φοβεροὶ πρὸς ἡμῶν θροῦν, ὡχρίάταμεν, τὸ δὲ πλοῦς ἀναμνησκόντες, ἐναυπιάσομεν, hoc est, recordantes aliquid terribile, quod aliquando nobis accidit, pallefcimus, recordantes verò nauigationis, nauseamus. Sic & ἐπιπλησκώ. Homer. τὸ δ' ἐκ ἐπιπλήσομαι, huius non obliuiscar. Xenoph. παρδ. 5. ὅπως εἴη πῖ ἐπιπλησμένοσ εἴη, μνείησοι, ut si quis quid oblitus esset, id allatum rediret. Theognis in principio sui poematis,

ὦ αἶψα ληπίσ γ' ἐ, δίδ' ἰέκοσ, οὐ ποτε ἴσο

λήσομαι ἀρχόμενοσ, οὐδ' ἀποπαύομενοσ.

O' fili Latona, Iouis proles, nunquam tui

Obluiscar, neque initium faciens, neque finem imponens.

## Potior.

Potior & genitio & accusatio & ablatio iungitur apud Latinos. Genitio: Cic. Lentulo, Ociū nobis expectandum est, quod si qui potiuntur rerum, praestaturi videntur. Sallust. Cui fatum foret, urbis potiri. Accusatio: Cic. Philip. 3. Itaq; si receptis illis possumus esse liberi, vincamus odium, pacemque potiamur. Terent. Miseriam omnem capio, hic potitur gaudia. Ablatio: Virg. Aeneid. 1, Egressi optata potiuntur Troēs arena.

Terent. in Adelph. Ille alter sine labore patria po-

citur commoda. Græci eodem modo ὄνασται τῆ δὲ καὶ πόδε ἔ ἀπὸ τῆ δὲ dicunt. Sophocles, μηδέποτε ἀγλαΐας ὄνασται, neque vnquā voluptate potiātur seu fruātur. Idem, καὶ τὴ γὰρ ἐγὼ οὕτως ὄνασμι καὶ ἴκετων, Nam & ego ipsa hoc modo liberis potirer. Plato Charmide, ἄρα ὃ θεὸς, ἡ δὲ ἐγὼ, ὡς χερμίδη παῖν ἀθανακτῶ, εἰ σὺ θεοῦ τος ὦν τιὼ ἰδέαι, ἔ παρὸς πύτω τιὼ ψυχῆ σωφρονέσταις, μηδὲν ὀνήση ἀπὸ ταύτης τῆ θεοφροσύνης, Tui verò gratia, inquam ego, ὀ Charmide, admodum irascor, si cūm tali forma sis, τὰ μὲν; moderatus ac temperans, nullam ex hac temperantia tua vtilitatem percipias.

ἀπολαύω quoque, quod eiusdem significationis est, nunc genitiuo, nunc accusatiuo coniungitur. Genitiuo: Liban. βουλοίμεθα αὐτῆς σῆς ἀρχῆς ἀπολαύσαι τὸν ἀφ᾽ ἑωπιον εἰς ὀπίσθου, Velim vtique hominem tuo frui imperio ad incrementum. Plato in Apolog. Socrat. καὶ μὲν τοι ἔ πύτων ἀπέλαυον, Et sanè his quoque potitus sum. Accusatiuo, more Attico. Aristoph.

ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτῆ πώποτε.

Nihil boni vnquam ab eo accepi. Synes. πλείω καλὰ τῆ σιμωνίδου σιωσισίας ὀ ἱέρων ἀπήλαυσε, plura bona, seu plures vtilitates Hieron ex conuersatione Simonidis percepit. Isocrat. παρὸ εἰρήν. δέδοικα μὴ πειρώμενος ὑμᾶς βνεργεῖν, αὐτὸς ἀπολαύσω τὴ φλαῦρον, Vereor ne dum vobis benefacere conor, ipse in aliquod incommodum incurram.

Misereor seu misereo tui vel tibi dicunt Latini. Plaut. Nemini misereri certum est, quia nemo miseret mei. Apud Græcos verò ἐλεῶ, οἰκλείρω, κατακλείρω, οἰκίζομαι, aliáque his similia cum accusatiuo iunguntur.

Venit in mentem eius diei, dicunt Latini, hoc

est, recordor: & Venit in mentem ille dies. Cic. pro Plancio, Cùm illius diei venit mihi in mentem. Terent. in Phorm. Nam mihi veniebat in mētem eius incommodum. Cic. pro Cecinna, Veruntamen est turpissimum illud, tantæ stultitiæ prudētissimos homines condemnari, vt vos iudicetis huius rei atque actionis in mentem maioribus nostris non venisse. Ad eundem modum εἰσερχεσθαι & εἰσεῖναι, quæ in mentem venire significant, apud Græcos variis casibus coniunguntur. Interdum datiuo personæ & nominatiuō rei. Plato in primo de Repub. ἐπιδαίνεις ἐγγὺς ἢ τὸ οἶεσθαι περὶ τήσιν, εἰσερχεται αὐτῷ δέος & φρονίς, πῶς ὧν ἔμπεθερὸν οὐκ εἴσῃσι, Posteaquam quis propinquum se morti existimat, subit animum illius timor, curaque talium rerum, quas antea neque curabat nec timebat. Demosth. πῶς ὡς ἀπερὸς. δῆλον γὰρ ὅτι τῷ μὲν ἠδίκηκός τις ἄνθρωπος, τῷ δὲ μηδὲν αὐτῷ σμειδῶσι δεινὸν εἴσῃσι, εἰ ποιητῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν τῷ σωτήσῃσι, Manifestum enim est, quod iniuste agenti conueniebat silere: cæterum illi, qui nullius sibi mali conscius erat, in mentē veniebat, si fortē tacendo malorum ac vitiosorum operum possit videri participes. Isocrat. πῶς εἰρήνῃ. πῶς ἢς μηδεὶς πώποτε λογισμὸς αὐτοῖς εἰσηλθεῖν, de qua nulla vnquam cogitatio illis in animum venit, animum eorum subiit. Interdū datiuus in accusatiuum mutatur. Herodian. ὁ περὶ Σεβήρου ὑπόδηγμα, ὃς τοῖς ἀποκλείσαντας τὸν Περτίνακα ἀπέζωσεν, εἰσήει αὐτοῖς, Veniebat illis in mentem exempli Seueri, qui interfectores Pertinacis è vita tulit. Plutarch. ὁ λογισμὸς αὐτῶν εἴσῃσι τῆς ἀπορίας, Venit ei in animū paupertatis. Thucyd. εἴσῃσι τὰ δεινὰ αὐτοῖς, succurrebant illis mala & calamitates. Plato lib. 8. de Legib. δὴ οὐδὲ ἔπιθυμία ταύτης ἢ σιωπίας ἔπι-

εἶπαι εἰσέρχεται εἰς πολλοὺς, at verò ne desyderium quidem eiusmodi conuersationis plurimorū animos subit. Potest etiam nominatiuus rei in genitiuum conuerti, more Attico, vt dicatur, εἰσέρχεται μοι πύπυ τῷ πρῶτῳ, Venit mihi in mentem illius rei.

Pudet, quemadmodum Piget, Tædet, Pœnitet, Miseret, cum genitiuo præter accusatiuum con-  
struitur. Terent. in Phorm. Non pudet vanitatis. Idem in Adelph. Fratris quidem me pudet & piget. Est quando cum accusatiuo quoque construtum inuenitur apud eundem in Phormione, Vt nihil pudet pro nullius. Quo modo & Attici ἐντρέπομαι τῷ πύπυ & τῷ πύπυ dicunt. Plato in Phædro, οὐδὲ οὔτε κέντρωσι νηιοχκῶν, οὔτε μάστιγος ἐπὶ ἐντρέπέται, Hic neque stimulos, quibus aurigæ vtuntur, neque flagellum erubescit. Sophocles in Tyranno, μήτε παρρωσιπῆς τῷ δέ, neque huius te pudeat.

## Alii ordines verborū genitiuum apud Græcos regentium.

### Verba sensuum.

Verba sensuum apud Græcos genitiuum asciscunt. Demosth. ὡς ἐγὼ πρὸς ἤκουσα ἀνδρὸς, sicut ego à viro quodam audiui. Idem, προσήκει προσθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βυλομῶν συμβαλῶν, conuenit vt promptè velitis audire eos, qui consilium dare volunt. Isocrat. ad Nicocl. ἤδισον γὰρ αὐτῶν κωμῶδίας τῶν φανλοτάτης, ἢ τῶν οὔτω τεχνικῶς πεποιημῶν ἀκούσμεν, libentius enim vel pessimam aliquam comœdiam audierint, quàm quæ ita artificiosè effecta sunt. Sic

& κλύω, quod audio significat, construitur. Theophrastus in principio sui poematis, σὺ δὲ μὲν κλύθῃ καὶ εὐλαὰ διδού, tu verò me exaudias, bonaque des. ὀσφραίνομαι: Aristoph. ὀσφραίνεται τὸ ψύχους, olfacit frigus. γύνομαι: Euripid. in Hecuba,

ὄσῃς γὰρ ἐκ εἴωθε γύεσθαι κακῶν

φέρει μὲν, ἀλγῶν δὲ αὐχένα ἐκπηθίς ζυγῶν. hoc est, In-  
suetus gustare mala, Fert quidem: at dolet ceruicē  
supponens iugo. ἀπιομαι, ἐφάπιομαι: Aristophan. Ἐ  
πρωτα μὲν δὴ τὸ κεφαλῆς ἐφίψατο, & primò quidem  
caput attigit. Euripid. in Hecuba,

ἤψω δὲ γνάτωι ἧλ' ἐμῶν ταπεινὸς ὢν.

Attigisti verò genua mea humilis existens.

Ibidem,

ἀντάπιομαί σου τῶνδε ἧλ' αὐτῶν ἐγώ.

Nunc vicissim ego tua tango. Plutarch. μὴ κα-  
ταρῶ γὰρ ἧλ' καταρῶν ἐφάπτεσθαι, μὴ τοῦ θεμιτὸν ἦ, Im-  
puro enim pura tangere, haudquaquam sit licitū.  
αἰσθάνομαι: Aristoph. εἰπὼν, εἴ τις αἰσθεται ψόφου, σιγαῖν, si-  
lentium indicens, si quis sonum sentiret.

Ab hac regula excipitur verbum ὀρῶ, video, aliā-  
que visus significatiua, cuiusmodi sunt ὀπιομαι, βλέ-  
πω, δέρκω, θεωρῶ, θεῶμαι, ἐφορῶ, ἀναβλέπω, quæ plus  
actus habent, quàm alii sensus. Aristophan. Pluto,  
ἔψκατάδηλα τῶν προσωπίου γε τὰ ῥάκη, videbis apertos  
faciei centones. Idem, ἐπεὶ ἀναβλέψας ὀρῶ τὸν ἱερέα,  
deinde respiciēs video sacerdotem. Hom. Odyss. λ,  
ἠέλιος ὃς παντ' ἐφορεῖς, sol qui cuncta intueris.  
Demosth. ἐπρον δὲ θύδης ἐφελξῆς ἐπ' τούτου μείζον κα-  
κούργημα θεάσαθε, aliud deinceps flagitium hoc  
etiam maius considerate.

Nec desunt tamen ex aliis quoque verbis sen-  
suum, quæ accusatiuum recipiunt, vt ἀκούω. De-  
mosth. ἀκούσατε ὦ ἄνδρες δικασταὶ τὰ ψήφισματα, au-

dicite ô Iudices decreta. Idem, όταν τι εἰς τὰ πράγματα  
 ἀποβλέψω, κὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους οὐκ ἀκούω, cum & res  
 ipsas intueor, & sermones quos audio. Idem Phi-  
 lip. 1, ἐβελόμην δὲ αὐτῷ ὡσπερ ὅτι ὑμῖν συμφέροι τὸ τὰ βέλ-  
 πια ἀκοῖν οἶδα, οὕτως εἶδεται σωσίον ἐπὶ τὰ βέλπια  
 εἰπόντι, optarim ut quemadmodum vobis prodesse  
 scio, ut optima quæque audiat, sic etiam scirem  
 id profaturum ei qui vobis utilissima quæque di-  
 cit. κλύω; Aristoph. in Hecuba,

ἴκ' εἶν οὕτω στερρὸς ἀνθρώπου φύσις,

ἢ πρὸς χρόν σῶν κὶ μακρῶν ὀδύρματων

κλύουσα θρήνοις, ἴκ' αὐτὸν ὀκθαλοὶ διακρύ.

Non est hominis natura tam dura,

Quæ lucus querelarumque tuarum

Auditis lamentationibus, non ei ciat lachrymas.

ἀιδάνομαι: Thucyd. & ὅτι ἀιδάνοιντο αὐτοὺς μέλλοντες,  
 tuncque sentirent ipsos cunctantes. Isocrat. in Pa-  
 raxeticō. οὕτω γὰρ ἢ ἐκείνων τι διανοίαι ἀιδήσι, κὶ σεαυ-  
 τῶν οὐ καταφανῆ ποιήσεις, hac enim ratione ipsorum  
 cognosces animum, te verò ipsum non manife-  
 stum reddes. Euripid. αἰ. αἰ, σήα, κρυπτιὰν ἀιδάνομαι  
 βίασιν τῶνδε γυναικῶν, Ah, tace, sentio occultum ista-  
 rum mulierum ingressum. Verum in hac constru-  
 ctione intelligere & animadvertere significat, &  
 ad animum refertur. ὀσφραῖνομαι quoque apud Ari-  
 stophanem in eadem oratione genituo & accu-  
 satiuo iungitur, κακὸν δαίμον ὀσφραῖνι τίς ψυχῆς ἴσως,  
 Miser olfacisne aliquid frigus fortasse. Porro At-  
 tici in vniuersum omnia verba sensuum cum ac-  
 cusatiuo construunt, sicut & Latini, qui alios illis  
 casus attribuere non possunt. Lucan. lib. 4,

-non sentiet ictus. Virgil. Æneid. 4,

-sensit enim simulata mente locutam.

Idem in Bucolicis,

Audiat hæc aliquis, vel qui venit ecce Palæmon.

## Curam significantia.

Verba quæ curam, & è diuerso negligentiam significant, genitiuo gaudent apud Græcos. Aristoph. *ὄδ' ἔ' οὐ φρονιῶ*, tui curam non habebō. *ἐπιμέλομαι*: Isocrat. in Parænetico, *πάντων ἐπιμελοῦ* ἢ *ὡς πρὸς τὸν βίον*, diligens esto in omnibus quæ ad vitã attinent. Xenoph. *παῖδ. ε'*. ἄσε ἀδρόσι ἐπορεύοντο, ἐπιμελοῦντο πε ἰσχυρῶς ἕκαστος ἑαυτοῦ, quilibet diligenter curabat sua. *Μέλι* cum datiuo personæ, & genitiuo rei. Isocr. ad Nicocl. *μελέτω* σὶ τῷ πλήθει, curæ sit tibi populus. *κηδομαι*: Idem ad eundem, *κηδοῦ* ἢ *οἰκωπῶ* ἢ *ιδιωτικῶν*, curam geras priuatarum ædiũ. *ὀλιχωροῦμαι*: Demosth. *εἰ ἔ' θατέρου* τούτων ὀλιχωρήσῃ, si verò alterum eorum neglexeritis. *ἀμελεῖν*: Isocrat. in Parænetico, *πῶς ἔ' σπουδαίους οὐχ' οἶν ἔ' τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν*, virtute verò præditos impossibile est virtutis nullam rationem habere. Huc pertinet verbum *σοχάζομαι*, id est coniecto, vel curiosè exquiro. Isocrat. *εἰ ἔ' δεῖ* θνητὸν ὄντα, ἢ ἢ *θεῶν σοχάσασθαι* *δξανοίας*, quòd si oportet eum qui sit mortalis, curiosè deorum mentem perscrutari. Latini talia verba cum accusatiuo construunt. Cic. *Pæto*, Sic tibi mi Pæte persuadeas, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui liberique sint. Terēt. in *Adelph.* Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

## Verba participandi.

Verba participandi genitiuum asciscunt apud Græcos, vt *μελέω*. Xenoph. *παῖδ. β.* *τοῦτο* ἔ' ὄντες, *εἰ*







ὑπερῆσθε ἀρτων, ἔλθετε πρὸς με, ἢ καθὼς θεοὺ διδομένης  
 χεῖρας συμμετέξοιτε, omnes qui caretis panibus,  
 venite ad me, gratiæ à Deo collatæ participes fu-  
 turi. σέρομαι: Euripid.

σὺ δ' εἴ τι μείζω δυνάμην ἢ μήτηρ ἔχεις,

παύδαζε, πῶσας ὡς ἀνδρόνος σῆμα

φθονγὰς ἰσῆσα, μὴ στερηθῆναι βίου, ne priueris vita.

Apud Latinos Careo ablatiuo absolutè construi-  
 tur, Priuo verò accusatiuo personæ & ablatiuo  
 rei. Cic. Acad. 4. Itaque priuabo potius illum debi-  
 to testimonio, quàm id cum mea laude commu-  
 nicem. Erroris: Isocrat. ad Demon. πολλῶ δ' αὖ τῷ  
 θεῷ χάριν χροίω, ἢ μὴ δὲ ἀμρόπιμι ἢ δόξης ἢ ἔχων πρὸ  
 σοῦ τυχαίω, Magnas verò gratias Deo agerem, si  
 spe atque opinione mea, quā de te cōcepi, non fru-  
 strarer. Sic ἀμρόταιειν ὅλης ἢ ὀδοῦ, ἢ ἀποτυχάνειν τῷ  
 σκοπού dicūt, quod Latini per ablatiuū efferūt, tota  
 via aberrare, aberrare à scopo. Cic. Attico, Cupio  
 enim antequam Romam venio, odorari diligen-  
 tius, quid futurum sit: quanquam vereor, ne nihil  
 coniectura aberrē. Quod & Aberrare à coniectu-  
 ra, ab eodem dicitur.

## Affequendi.

Verba affequenti apud Græcos genitiuum re-  
 gunt, vt τυχαίω τῷ δικαίω, ius meum obtineo:  
 τυχαίω τῷ σκοπού, affequetor & attingo scopū. Plato  
 in Gorgia, καὶ ὅτι ἐμὴ δόξα, ὡ Πώλε, ὁ ἀδικῶν ἢ ἢ  
 ὁ ἀδικος ἀπαύτων μὴ ἀθλιος, ἀθλιώτερος μὴ τίνω, εἰὰ μὴ  
 διδῶ δίκη, μηδὲ τυχαίη τιμωρίας ἀδικῶν, ἢ πλον ὅτι ἀθ-  
 λιος, εἰὰ διδῶ δίκη, καὶ τυχαίη δίκης ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀν-  
 θρώπων, At vt mea fert opinio, ὁ Pole, is qui iniuste  
 agit, omnino quidem miser est, longè verò misc-

rior, si dum iniuste agit, pœnas nõ luit: minus verò infœlix, si à diis atque hominibus supplicio afficiatur. Latini Impetro, Nanciscor, Aſsequor, aliâque id genus verba cum accusatiuo construunt, quorum exēpla sunt apud authores vbiuis obuia.

## Affectiōnem animi significantia.

Verba, quæ animi affectiōnem significant, genitiuum asciscunt apud Græcos. Lucian. οὐ γὰρ οὕτω τῆ πλουσίῃν ἐρώσιν, ὡς διὰ τὸ πλουτεῖν βύδαμονίζεσθαι, neque enim tam cupiunt diuites esse, quàm propter copias ac facultates beati prædicari. Plutarch. de Pompicio loquens, οὐ γὰρ ἔστιν οὗ υἱος ἐμμανέστερον ἠεὶ αὐτῆ ῥωμαίων δῆμος, Nullum vnquâ Pop. Rom. tam insanē amaui. ὀρέζεμαι: Isocrat. in Parænetico, μάλιστα δὲ αὐτὸ παροξυνθεῖς ὀρεχθῆναι τῶν καλῶν ἔργων, εἰ κατὰ μάλιστα ὅπῃ τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τούτων μάλιστα γησιώως ἐχρήσθαι, Maximè verò inciteris ad honesta facta appetēda, si cognoueris, quòd etiam voluptates, quas ex eis percipimus, maximè veras ac genuinas habemus. Ibidem, οἷς χρὴ πρὸς δειξίμασι χρομένοις ὀρέχεσθαι τῆ καλοκαγαθίας, quibus exemplis vètetes oportet appetere honestatem. Et rursus, οὕτω χρὴ τὸ πρὸς παιδείας ὀρεχθῆναι, μηδενὸς μὲν ἀπίρως ἔχον, πανταχόθεν δὲ τὰ χρῆσιμα συλλέγειν, sic oportet eos quoque qui doctrinam desiderant, nullius rei imperitos esse, vndique autem quæ sunt vtilia colligere. ἐφίεμαι: Idem, μεγαλόφρονος εἶναι νόμιζε, μὴ τὸς μείζω περιβαλλομένοις ὧν οἷοι τὸ εἶσι κατασχῆναι, ἀλλὰ μετρίων μὲν ἐφιεμένοις, ἐξεργάζεσθαι δὲ δυναμένοις οἷς αὐτὸν ἐπιχρῶσι, magnificos esse existimes non eos qui plura sibi acquirunt, quàm retinere ac conseruare possunt: sed eos qui dum mediocria desiderant, quicquid

tamen aggrediuntur, efficere possunt. ἔπιθυμῶ: Aristoph. οὐ γὰρ τούτων ἐπιθυμῶ, hæc enim non peto. ἰμείρομαι: Oppianus,

ἰμείροι ᾗ πόνων, ἐρεῖσι ᾗ θαλάσσης.

Sit cupidus laborum, & amet mare.

Πορρὸ ποθεῖν ἢ ἐπιποθεῖν accusatiuum regunt. Lucia π. γὰρ ῥῆ μόνον, ἢ φαιδρὸς ἴδι, ἔμηνδ' ἐπιπόθη τῷ κέτω, Solū bono animo sis ac latus, nihilque desideres eorū quæ sunt in terris. Gaza, οὐδ' ἐνὶ νεανίσκου ἰχθῦ, οὐδ' ἐν πᾶλλον ἢ νεανίσκος ὦν ἐλέφαντος ἐπίθου, subintelligitur ἰχθῦ, nec nunc quidem vires desidero adolescentis, non plus quàm adolescens etiam vires elephantis desiderabam.

Inueniuntur tamen in genere eiusmodi verba cum accusatiuo quoque constructa, secundum consuetudinem Atticorum, qui dicunt ὀρέγομαι ἢ ἠγεμονίαι, appeto principatum. Nec non cum infinitiuis præcedente articulo genitiui casus, vt ἐφίεμαι τῆ ἀναγνωσκῆς, cupio legere: ἐπιθυμῶ τῆ μαθητέων, desidero discere: γίγχομαι τῆ ἀρχῆς, ambio imperiū. Euripid. in Hecuba,

ὦ πῆμον, ἢ που χρυσὸν ἠεὶ δὴ λαβῆν.

Ὁ miser, enim uero aurum accipere desiderauit. In quo cum Latinis Græci conueniunt, qui huiusmodi verba cum accusatiuo vel infinitiuis construunt. Plaut. in Persa, Cupit omnia quæ tu vis. Idem Trucul. Cupit te videre.

## Dominatus siue imperandi.

Imperandi seu dominandi verba, quæ Priscianus Supereminetia vocat, genitiuum apud Græcos regunt, vt ἀρχομαι: Isocrat. ἀρχὸν τῷ μὲ οἰκετῶν ἀρχῆς, τῆς ᾗ ἡδοναίς δουλεύειν, turpe est seruis impe-

rare, voluptatibus verò obtemperare. Idem ad Nicocli. καὶ νόμιζε θελέως βιδαμονήσῃν, οὐκ εἰς ἀπαίτων ἀνθρώπων μὲν φόβων ἔκινδύων ἀρχῆς, &c. existimia te tum demum fore fœlicem, non si cum timore ac periculis omnibus hominibus imperes, &c. Ibidem, ἀρχε σαυτὴν μηδὲν ἤπιον ἢ καὶ τῶν ἄλλων, tibi ipsi imperato, non minus quàm aliis. κρᾶλιέω: Ibidem, καὶ τοῦτο ἡγεὶ βασιλικότατον, εἰς μὲν μαῖ δουλδύης τῶν ἰσοδυνῶν, ἀμὰ κρατῆς τῶν ἑπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν, idque maximè regium esse existimes, si nulli voluptati seruias, sed dominaris cupiditatibus magis quàm ciuibus. δεαπόζω: vt ζωαῖκες δεαπόζοισι τῶν ἀνδρῶν, mulieres dominantur viris. κυελεύω: Polyb. lib. 5, τῶν δὲ ὅπλων καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἐκυελεύσε πάσης, arma & impedimenta omnia in suam redegit potestatem. Idem, τῶν δὲ βοηθησαίτων ἐκυελεύε δύο μακρῶν πλοίων ἀνταῖδρων, ex his quæ auxilium tulerant, duarum longarum nauium vnà cum ipsis viris potitus est. ἀνάσσω: Hom. Iliad. α΄,

μυρμιδόνεσσιν αἶασσε, σέθεν δὲ ἐγὼ ἐκ ἀλεξιζῶ,

Myrmidonibus impera: te autem ego non curo. βασιλεύω: Thucyd. ἐπὶ Κύρου Περσῶν παρῶν βασιλεύοντος, sub Cyro primo rege Persarum. Et statim post, ὅς μὲν Καμβύσην Περσῶν ἐβασίλευσα, qui post Cambysen Persis imperauit.

Attici talibus verbis datium tribuunt, vt ἀρχύειν τρώεσσι, imperare Troianis: & ἀρχε ἀργείοισιν, imperium teneto Argiuorum, apud poctam. In quo consentiunt cum Latinis, qui ea cum nullo alio casu construunt. Quauis Horatius Græca cōsuetudine, Agrestium regnavit populorum extulisse reperitur. Inueniuntur etiam cum accusatiuo iuncta, vt βασιλεύω σέ, δεαπόζω σέ, κυελεύω σέ. Verùm tunc significant, βασιλέα ἢ δεαπότιω σέ ποιῶ,

regem seu dominum te facio. Et sic in aliis.

## Plenitudinis.

Plenitudinis, copiae & inopiae verba genitium post se requirunt apud Græcos. Aristophanes Pluto,

αἱ δὲ λήκωροι μύρου γέμοισι.

Lecythi autem unguento scatent.

πληθύω: Aristot. οὐ μὲν ἄλλὰ βέλπον διὰ κτήσεως ἀμαλισμῆς ἐνὸς πληθύειν ἀνδρῶν τὴν πόλιν, veruntamen optimum est, ut ciuitas per æquabilem possessionem viris referta sit. πλήτω: Idem πολιτ. ε, φαίνεται δὲ ἢ τῷ γάλακτις πλήθουσα τροφή μάλιστα οἰκία τῆς σώματι (ἴ?), Videtur autem cibus, qui laete plurimum refertus est, maximè corporibus esse accommodus. ὑπόρεω: Demosth. ἐπιτα χημάτων ὑπόρει, præterea opibus abundabat. Chrysostr. τῆς ἀναγκῆς μόλις ὑπόρου τροφῆς, vix necessario victu abundabant. ἀπορῶ: Xenoph. παρδ. ε, ἔ, ἔ, ἀνδρὸς δὲ ἔφη τῆ θυγατρὶ μὴ φοβοῦ ὡς ἀπορήσης ἀξίου ταύτης, neque timeas te destitutum iri viro, tua filia digno. Isocrat. ad Nicocl. ἂν εἶαν τοιοῦτος ὢν οἷον χηρὸς καὶ περὶ πτωχῶν ὡσπερ ἐν τῇ παρόντι μετείων ἔπιθύμης, καὶ μηδὲν ἐς τούτων ἀπορήσης, sed si talis sis, qualem te esse oportet, talique fortuna usus, quali nunc vteris, mediocria expetas, eorumque nullo destituaris. δέομαι: Synes. δέομαι γὰρ πρὸς τούτων οὐχ' ἑαυτῆς, ἀλλ' ὑμῶν ἐνεκα, his etenim rebus indiget non propter se, sed vestri causa. Latini quoque Egeo & Indigeo pecuniarum & pecuniis dicunt: reliqua verò plenitudinis & copiae verba ablatiuis coniungunt.

## Verba differendi, &amp;c.

Verba differendi, distandi, parcendi, incipiendi, cessandi, abstinendi, concedendi, genitiuo gaudent apud Græcos. Differendi: vt Artemid. *Ζούτη γδ ὄνειρος ἀνυπνίς διαφέρει*, nam hoc modo somnus ab insomnia differt. Et in proverbio, *ἡ ἀκαίρος βύνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει*, intempestiua beneuolētia nihil differt ab inimicitia. Latini talia verba cum ablatiuo construunt, mediante præpositione à vel ab. Cic. pro Cecinna, *Qui hoc ab illo differt?* Distandi: Xenoph. *παρδ. 5. Ἐὸ Κῦρος ταῦτα ἀκούσας, πόσον, εἰ ἔφη, ἀπὸσιν ἀνδρῶν τὸ κράπυμα; οἱ δ' ἔλεγον, ὡς δύο παρασάγγας*, Quibus Cyrus auditis, quantum distat hinc, inquit, exercitus: at illi dixerunt, duas circiter parasangas. Lucian. *Ὅσῳ τὸν ἀπέχω τῆ ἕξαρνος γῆρας*, tantū absūm, vt inficias eam. Apud Latinos verbū Absūm & Disto cū ablatiuo cōstruitur cum præpositione a vel ab. Plin. *Quod circiter quinquaginta millia passuū distat ab vrbe*. Terent. *Heaut.* Nam dum abs te absūm, omnes mihi labores fuisse, quos cepi, leues. Parcendi: Phocylid. *πλούτου μὴ φείδου*, diuitiis ne parcas. Datiuo enim apud Latinos cōstruitur. Incipiendi: Æschylus in *Prometheo*,

*ἐπὶ τάχιστα ἤρξαντο δαίμονες χόλου,*

Cum primūm ceperunt dii irasci.

Synes. *ὡρὴ βασιλ. ἄμα καὶ πολλάκις μὲ ἤρξατο θύτυχίας ἀρετῆ, καὶ ἔπαυτος ἠγήσατο μακαρισμοῦ τοῖς ἀνθρώποις*, hoc est, virtus sæpenumero à prosperitate initium sumpsit. Polyb. *οὐδ' ἔξ ἀκαίρου προαπίλειν, ἢ κατάρχεσθαι τῆ μάχης*, auspiciari pugnam. Plutarch. in *Symprol.* ἐπὶ ἀθῶν. ὁ θῶλων, εἶπε, *κατάρχεσθαι τῆ λόγου δίκης*, iustum est, inquit, vt Solon orationem

incipiat. Hoc enim verbum Latini accusatiuo iungunt. Virg. in Bucolicis,

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Item cum ablatiuo præcedente præpositione à vel ab: nonnunquam cum infinitiuo. Cessandi: Hom.

Iliad. í. - πύ μὲ πόνου οὐ ποτε λήγης, nunquam cessas à labore. Isocrat. ad Dæmonicum, ἔστυπεν δὲ αὐτὸν ἐπιτυχίοις, εἰ λήγης τῶν πόνων ἐπὶ πηρὶν δεινώμενος, Hoc verò assequeris, si cesses laborare, cum adhuc laborare vales. Sic, παύομαι τῆς ὀργῆς apud Lysiam, desino irasci. Aristoph. παύσαθε μάχης ἐξ λοιδωρίας, cessate à pugna & conuitiis. Æschyl. in Prometh.

εἰς αὐτὸν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ, χόλου, pro λήξει, donec mens Iouis desinat ab ira. Quod & per Participiū effertur. Plato lib. 9. de Repub. οὐκοῦν καὶ τῶν πελωδιῶν ἑνὶ ἐχρόνων ἀκούεις λεγόντων, ὡς οὐδὲν ἕδρον παύσασθαι ὀδυνώμενον, Itaque & istos audis dicere, qui dolore aliquo atq; ægritudine tenentur, nihil esse iucundius, quàm cessare dolere. Verbum enim Cesso apud Latinos inuenitur cum infinitiuo iunctum, sicut παύομαι apud Græcos cum participio. Horat. 1. Epist. - non cessauere poetæ

Nocturno certare mero, putere diurno. Quo modo & apud Græcos παύομαι constructum inuenitur. Communiter apud Latinos cum ablatiuo iungitur mediante præpositione Ab. Liu. 4. ab Vrbe, Nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à leuibus præliis est. Horatius 2. Carminum Græca consuetudine extulit, - desine querelarum, pro à querelis, λήγῃ οὐδυνώμενον. Concedendi: Synes. πρὸς βασιλ. ἐπιταί τῆς βουλῆς τῆς φρονήσεως, ἐξ ἀποπνεύσεως οὐσα τῆς ὕψους, ὡς χωρὶς τῆς ἀρχῆς σιωπῶν κρείττονι, hoc est, præstantiori sibi cohabitanti imperio cedit. Abstinenti: Pythag. κλάμων ἀπέχεσθαι, abstinere à fabis. Phocy.

ἀρκεῖσθαι παρούσι & ἀμοιρίων ἀπέχεσθαι,  
 Præsentibus contentum esse, & ab alienis ab-  
 stinere.

## Significantia aliquid fieri in loco.

Latini motum in loco exprimere volentes, no-  
 men loci, in quo fit actio, in genitiuo ponunt, vt  
 Vixit Romæ. Si tamen fuerit pluralis duntaxat  
 numeri, vel tertiæ declinationis, in ablatiuo, vt  
 Nupsit Athenis, Militauit Carthagine. Græci verò  
 in eiusmodi sensu exprimendo nomina locorum  
 vel aduerbialiter proferunt, vt ἀθῆναις, Athenis,  
 οἴκῳ, domi: vel in datiuo casu, præpositionem mo-  
 tum in loco significantem illis adiicientes, ὡς ἀθῆ-  
 ναις, Athenis, ὡς ῥώμῃ, Rhomæ. Quod Latini quoq;  
 scriptores interdum facere solent, dicentes In Tau-  
 rominio, pro Taurominii: In Tyro, pro Tyri. Ma-  
 ximè verò cùm sunt nomina maiorum locorum,  
 & appellatiua, vt In Italia, In suburbano.

## Genitiuus cum verbo κατ'

ἑλληψιν.

Crebrò regunt verba genitiuū ἑλληπτικῶς, apud  
 Græcos vt suprâ quoque dictum est, deficiente  
 ἕνεκα vel χάριν, vt ἀποδέχομαι σε τῆς προαιρέσεως, pro-  
 bo te ob institutum: ἐὺδαιμονίζω σε ὅ ἀρετῆς, felicè  
 te prædico propter virtutem: & apud Æschylum  
 in Prometheo

εἶνω σε ταῖς οὐλομήτας τύχαις Προμηθεῖ, doleo mis-  
 ram fortunam tuam Prometheu. Quam ἑλληψιν &  
 apud Latinos est inuenire. Virg. Nec memini, læ-  
 τούε laborum. Et illud eiusdem,



-quos illi lata laborum

Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido  
Fecerat. Item,

Iustitiæ ne prius mirer, belline laborum?

Supplendum enim virobique (est) ut sit, causa laborum, causa iustitiæ. Huc spectat & illud Sallustii in Iugurtha, Quæ postquam gloriosa modò, neque belli patrandi cognouit. Vbi Priscianus (causa) subaudit.

Interdum verba apud Græcos genitiuis iunguntur quavis alia præpositione deficiente, quæ genitiuū postulat, ut λύω σε τῶν δεσμάτων, pro ἀπὸ τῶν δεσμάτων, soluo te à vinculis. Sic διώκω σε τῆς οἰκίας, pro ἐκ τῆς οἰκίας, expello te domo: κουρίζω σε τῶν χερίων, pro ἀπὸ τῶν χερίων, leuo te debito: ἀρπάζω σε τῆς πυρός, pro ἐκ τῆς πυρός, eripio te ex igne. Quemadmodum & Latini Legibus soluere, pro à legibus dicunt, deficiente præpositione: Liberare cura, pro à cura, apud Ciceronem.

## Datiuus post Verbum.

Quoduis verbum acquisitiuè positum exigit datiuum apud Græcos & Latinos. Huius ordinis præcipuè sunt ea verba, quæ commodum aut incommodum, gratiam, opem, obsequium, seruitutem, iussionem, nunciuū, fiduciam, credulitatem, similitudinem, dissimilitudinem & repugnantiam, insidias, inuidiam, increpationem, vsum & similia significant: quorum singulorum exempla tam Græca quàm Latina subiiciemus, ac quomodo eorum constructio in vtraque lingua vel concordet vel discrepet, indicabimus.

## Commodum vel incommodum significantia.

Confero tibi & in te, dicunt Latini. Plin. Et tanquam parens alter, puellæ nostræ confero quinquaginta millia nummum. hoc est, do vel dono. Sic δίδωμι, & ab eo composita. Demosth. εἰ μὴ οὖν ταῦτα στρατιωτοῖσι δωδῶσιτε, si igitur hæc militantibus tribueritis. Cic. Offic. 1, Et mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferatur. Apud Græcos δὲ ποιεῖν, διεργάζεσθαι, δὲ καὶ κακῶς δεῖν, κακοποιεῖν, non tam datiuum quàm accusatiuum regit, more Attico. Demosth. διαπιστὸς θύοις εἰμὶ ἐπεθύμω δὲ ποιῆν ὑμᾶς, pro ὑμῖν, beneuolus semper sum ac promptus ad beneficiendum vobis. Idem, ὅταν μὴ οὖν δὲ πάχην δέη, τὸν βελόμβρον δὲ ποιῆν ἡμᾶς ἐάσοιμι, postquam igitur beneficia accipienda sunt, non impediemus eum qui vult in nos beneficia conferre. Idem, ὅτι τις δὲ ποιήσαστας ἢ πόλις ἀντετυπιπίηκε, quòd in eos qui beneficos se erga rempub. demonstrarunt, ciuitas vicissim beneficia contulit. Euripid. in Hecuba,

ὅς ἔξέμοι ἐπαθεῖς οἷα φῆς παθεῖν,

Δεῖς δὲ οὐδὲν ἡμᾶς δὲ, κακῶς ᾗ ὅσον δεινῶ.

Qui cum talia à me acceperis beneficia, qualia confiteris,

Nobis nihil boni facis, sed mali quantum potes.

Dare mutuo cum datiuo iungitur in vtraque lingua. Terent. Heaut. Huic drachmarum hæc argentī mille dederat mutuum. Sic Græci δανείζω σοι τὰ χήματα, sicut & κίχημι. Demosth. πρὸς Νικόστρατον, τῶν δὲ χημάτων σοι τῶν ἐμῶν κίχημι ὅ, π βούλει, ex meis pecuniis tibi mutuo do quantum vis. Plutarch in

Pomp. τὸ τοῦ μοίον ἐπαχθὴ καὶ βαρυνὴ, ὅμα καὶ καταγέλαστον ἐπίκει τὸν πομπήιον, ἀνθρώποις ἀνοσίοις καὶ ἀθέοις κηραῖα καὶ πωλιάπιοινα ἢ αὐτὸ δόξα, ὡσπερ ἀλεξιφάρμακον, nomen suum hominibus nefariis atque impiis, tanquam alexipharmacum commodantem.

Conducit, Prodest: Cic. 1. de Repub. Facillimam autem in ea repub. esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus. Idem Trebatio, Metuone artificium tuum tibi parum proficit. Sic συμφέρες apud Græcos. Isocrat. ad Dæmonicum, πωλιῶν ἀπορρήτων μηδενὶ λέγει, πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρηταις πωλιῶν σιωπᾶσθαι. Οἷ τι τῶ λέγοντι, καὶ κείνοις τοῖς ἀκούουσιν, de rebus secretis nemini loquaris, nisi ex æquo tibi loquenti, & illis audientibus cōducit eas reticenti.

Acceptum referre; hoc est adscribere, assignare, cum dativo Cic. Philip. 2, Omnia denique quæ vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Sic πωλιῶν, πωλολογία, ἀνάπλω, πωλοπία, πωλιάπλω, πωλιῶν, ἀνάπλω, ἀνάπλω, aliaque id genus apud Græcos dativo iunguntur. Thucyd. τὸ δὲ ἐμπλήκτως ἔξυ ἀσπρὸς μοίρα προπλήκτω, virilitati ascriptū est. Plutar. αὐτῶ πλὴν χάριν ἀνάπλων, ipsi gratiam referens: Aristot. πωλιῶν κόσμου, πλὴν δὲ ἀγυπτιονοῖ μὴ τῆ Λιβύῃ, οἷ τῶ Λοῖα πωλοπιοῖον, Ægyptum alii quidem Libya, alii Asia ascribunt.

## Auxilium atque opem significantia.

Terent. in Adelph. Vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliari. Ouid. de Ponto,

Tollere nodosam nescit medicina podagram,  
G.ii.

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Sic & Subuenio, succurro, opitulor datiuum re-  
gunt: Adiuuo autem accusatiuo iungitur. Græca  
datiuo. Philip. apud Demosth. ἀκούων ἢ καὶ ὑμᾶς  
ἀξιοσχεδὸν ἀξίεσθαι βοηθεῖν αὐτοῖς, Cum verò audirem  
vos quoque instructos esse, vt eis ferretis auxiliū.  
Isocr. οἱ ἢ πάντων τῶν δήμων ἀμαλήσαντες, ἤκον ἡμῖν ἀμω-  
τουῦτες, illi verò reliquis omnibus neglectis, nobis  
auxilio venerunt. Aristoph. ὦ γείτονες ἀμυνάθετέ μοι  
το πτοχόμενῳ, ὁ vicini succurrite mihi vapulanti. Sic  
ἄρηγο, & similia.

## Consulendi.

Consulendi verba datiuo gaudent in vtraque  
lingua. Cic. de Amicitia, Non est enim inhumana  
virtus, neque immanis, neque superba, quæ etiam  
populos vniuersos tueri, eisque optimè consulere  
soleat. Xenoph. ἀγαθάσ. εὖ ὅν τινας τ' οἷτις παρῶματι  
συμβουλευόμεθα σοι ἢ χεῖρ ποιεῖν παρ' ἡμῶν λέγας. τὴ οὐκ  
παρὸς θεῶν συμβούλυσον ἡμῖν, ὅ, π σοι δοκεῖ κάλλιστον καὶ  
ἄριστον εἶναι, Circa talia versantes vnà tecum delibe-  
ramus, quid agendum sit de iis rebus de quibus  
dicas. Tu igitur per deos nobis consulto, quod  
tibi pulcherrimum atque optimum videtur.

## Consentiendi.

Cic. 4. Acad. Qui hoc quidem certè falsi esse ali-  
quid in sensibus tibi assentior. Liu. 9. belli Maced.  
Non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alieni  
momentis animi circummagi, astipularique tra-  
cto Consuli Tribuni plebis. Cic. 4. Acad. Sed mihi  
neutiquam cor consentit. Eandem apud Græcos

construccionem habent hæc verba ὁμοδοξίῳ, ἰμολογίῳ, προσίεμαι, συμφωνέω, ἰμογνωμόνιῳ, ὁμοφρονέω, συμφηφίζομαι, σιωθυμείω, συμπίθεται, aliisque his similia.

## Imperandi seu præcipiendi.

thaginensium. Item, ἰελεον ἀπογνοῖς τὸν φιλήμονα, pe-  
nitus Philemonem desperans. Ex Suida. Cum In-

finitiuo quoque iungitur tam apud Latinos verbum Despero, quàm apud Græcos τὸ ἀπογινώσκω. Cic. de Diuinat. 2, Non equidem planè despero ista esse vera: sed nescio & à te discere volo. Demosth. in Philip. ἐγὼ μὲ γὰρ ἐκ αὐτῆς ἡγοῦμαι φίλιον, οὐτ' εἰ τὰ παρῶντα βιασθῆις ἀκὼν ἐπαρξεν, οὐτ' αὖ εἰ νῦν ἀπέγνωκε θεβαίσις πῶς ἐκείνων ἐχθροῖς σιωχῶς ἀναπνεύσασθαι, neque si nunc desperauit Thebanis illorum hostibus perpetuò resistere.

Patior cum accusatiuo utrobique. Lucan. lib. 1, Pellimur è patriis laribus patimurque volètes Exilium.

Demosth. οἱ μὲ ἤδη πεπόνθα σιν ἀπάντες ἴσα σιν, οἱ δ' ὅ, πρὸς συμβῆ, πείσσονται, hi quidem perpeffi sunt, quæ omnes nouerūt, illi verò quicquid contigerit patientur.

Fascino καὶ βασκαίνω cum accusatiuo. Virgil. in Bucolicis,

Nescio quis teneros ocul<sup>9</sup> mihi fascinat agnos. Demost. pro Corona, ὅ δ' ἐσθήσεαι ἡνίκα ἔδω λέξαν, αὐτὸν δύσκολον συμβῆ, τῷτο βασκαίνει, hic verò tacens quando loquendum erat, si quid aduersi contigerit, id reprehendit. Aristid. ἐπεὶ βασκαίνειν τὸν ἀνδρα ἀφέσηκα, hoc est μέμφεσθαι, cessauit hominem increpare.

Iuro & ὀμνυμι accusatiuo gaudent. Virgilius Æneid. 6,

Dii cuius iurare timent, & fallere numen.

Idem in eodem, -maria aspera iuro. Nec mirum, cum etiam passiuum habeat. Lucan.

Et lætæ iurantur aues bubone sinistro.

Hom. Iliad. α,

ἀλλ' ἔκ τοι ἱρέω ἐπεὶ μέγαν ὄρκον ὀμοῦμαι,

At tibi dicam, magnūque iuramētum iurabo. Menander.

γλυκέρα ἢ κλάεις; ὁ μὲν ὅσιν πὺν Δία ἐκ τῆ ἀθλιωτῆ  
 φιλάτη, ὁ μὲν μοχθὸς ἐκ πρῶτον ἢ δὴ πολλάκις,  
 hoc est, iuro tibi Iouem & Palladem, vel per Iouem & Palladem.

Tento & περιεῶ accusatiuo iunguntur. Virgil. Æneid. 1,

Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.

Aristoph. Pluto,

ὅταν μὲ αὐταί τις πένης περιῶν τύχη,

Si quis tenuis ac pauper eas sollicitauerit.

Construitur tamen etiam cum genitiuo, vt περιῶμαι τῆ κακῶν, experior mala.

Olfacio & Odoror cum accusatiuo apud Latinos iunguntur. Terent. in Adelph.

-finerem illum, ac non sex totis mensibus

Prius olfecissem, quàm ille quicquid fecerit. Lucan. lib. 7, -tabemque cruentæ

Cædis odorati Pholoën liquere leones.

ὁ σφραίνομαι apud Græcos, etsi verbum sensus sit, accusatiuo tamen more Attico iungitur. Aristoph. κακοδαίμων ὁ σφραίνῃ τί; Miser quid odoratur, olfacit:

Fugio te dicunt Latini, sicut Græci φεύγω σε. Lucan. lib. 2,

Heu demens non te fugiūt, me cūcta sequiūtur.

Euripid. ὡς πᾶντες δὴ πεφύλασσι τ' ὀπικείμην κίνδυνον, omnes fugerunt impendens periculum. Sic ἄποδιδράσκω. Plato in Protag. ὁ γὰρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα, seruus Satyrus à me aufugit. In genere huc referenda sunt omnia verba, quæ quoquo modo transitionem significant, cuiusmodi sunt Desideratiua, inquisitiua, superpositiua, adoratiua, interrogatiua, funebria, vocatiua, hortatiua, precatiua, laudatiua, obtentiuua, artium significatiua, deceptorua, miseratiōnē & luctum significatiua, emptio-

num & cōmerciorum, naturalis productionis, rī-  
fus & contemplationis significatiua, aliāque quæ  
ab Apollonio in Syntaxi sua recensentur.

## Verbum transitium cum duo- bus accusatiuis.

Ex transitiuis quædam geminum admittūt ac-  
cusatiuum apud Græcos & Latinos. Cic. Philip. 2,  
Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede,  
quantam iam proferam, nihil sapere docuit. Idem  
in Pison. Quid nunc te a sine doceam? non opus  
est verbis, sed fustibus. Sic Posco: Cic. in Verrem,  
Et parentes pretium pro sepultura posceret. Vir-  
gil. Æneid. 11,

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Plaut. in Bacch. Hanc veniam te illis exorem si-  
ne. Plato, οὕτω ἢ αὐτὴ πεφυκότας, οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες, εἰ τὰ  
μὲν διὰ διδάσκονται τοὺς υἱεὶς, τὸ τοῦ ἢ μὴ, σκέψαι ὡς θαυ-  
μασίως γίγονται οἱ ἀγαθοὶ; Verū cum hoc à natura sic  
cōparatum sit, viri boni, si alia quidem filios suos  
doceant, hoc verò non, vide quàm mirabili ratio-  
ne boni fiant. Xenophon 4, ἀπομύμη. εἰὰν δὲ τις βού-  
ληται ἢ αὐτὸς μάθαιεν τὸ δίκαιον, ἢ υἱὸν ἢ οἰκέτιον διδά-  
ξασθαι, &c. si quis verò vel ipse velit quod iustum  
est discere, vel filium aut seruum docere, &c. Sic  
ἀπαγγῶ, posco, postulo. Demosth. μισοὺς αὐτὴν ἀπαγ-  
πωῦτες, mercedem ab ea postulantes: quod tamen  
genitiuū quoque admittit, mediante præpositione  
ὡς. Pausan. in primo ἠλιακῶν, ὡς δὲ ἔμαθην τὴν αὐ-  
τόχρεα ἣν παύων ἢ Μηλιάνη, ὅντα ἴσα οἱ ἠλεῖοι δίκας τῶ  
φόνου ὡς δὲ ἀργείων ἀπικου, pœnas cædis ab Argiuis  
expetiuerunt. ὁ κλέζω: Æschin. ἴλη τοὺς ὡς πλείοντας  
H. iiii.

ἐξέλεγον, tributum à præternavigantibus exigentes. ὑπομνήσκω: Demost. ἀναρχῶν ὑπολαμβάνω μεκρά τῶν γηγενηδῶν ποσῶν ὑμᾶς ὑπομῆσαι, necessarium esse existimo, ut pauca eorū quæ facta sunt, primūm vobis in memoriā reuocem. ἀφαροῦ μαγ- Galen. Therapeut. 12, σκαυοῦ μὲ ἀνδρός ὄντιν, ἀμα τῆς νοσήματι καὶ ζωῶ ἀφιλέσται πὺν ἀνδρωπον, hominis est imperii, vnà cum morbo vitam quoque homini auferre. Plutarch in Antonio, ἀφῆρετο γὰρ βίβνηεις ἀνδρωποῖς τὰ ὄντα, ματιγίας καὶ κολαξί χραεζῶδρος, homines enim nobiles facultatibus suis spoliabat, vapulonibus & adulatoribus morem gerens. Frequenter alter accusatiuus in genitiuum mutatur, Libanius in argumēto ἔ πορὸς λαπ. ὕπ δίκασίον ἔστι τοῖς δι ποιήσαντας αἰτυπιπονθέναι, καὶ τοῖς ὀρθῶς ἀπλασόντες, τῶν δοθέντων μὴ ἀφαρῆσαι, rebus datus seu donatis non priuare. ἀποστρέω: Isocrat. in Trapez. ἐκ γνο μέγισον ἔῃ ἡ γῶμαι τεκμήριον, ὅπ ἀποστρέει με Παυσίων τὰ χήματα, id firmissimum argumentum esse iudico, quod Pasion me pecunia spoliat. ἀπῶμαι: Demosth. ὑπὸρ φορμίωνος. ὁ δὲ αὐτῶ φατερῶς κατῶχοῖς, καὶ ἀφείς καὶ ἀπαλλάξαις, ἵνα αὐτῶν αἰπῶν ἀπασαμδρος, τῶ αὐτῶν πάλιν δικάζοιτο; Quid contra seipsum obicere potest, quamobrem contra acceptulationem ab sese factam, rursus quaestionem rei eiusdem referat, cuius semetipsum damnauit: δικάω καὶ δικάω. Demosth. ἔ Κηφισοφῶντα γραφῶν ἱερῶν γραμματῶν ἐδίωκες, & Cephisophontem criminis sacrarum tabularum reum egisti. Aristoph. εἶτ' αὐτῶς γραφῶν δικάω γραφῶν ἀμδρος, deinde criminis eos reos ago. ἀποφύγω: Demost. πορὸς Βοιωτῶν, καὶ δίκας τῶν ἀπέφυγον παρόντα ἔ ἀπῆδικοῦτα, quibus iudiciis hoc præsentē & aduersus me orante, ipse absolutus sum.

Inter ea quæ construuntur Datio & Accusa-



tiuio, sunt quæ mutant Dativum in Accusativum, & Accusativum in Dativum, vt δωροῦμαι σοι βιβλίον, δωροῦμαι σε βιβλίῳ. χαρίζομαι σοι τὸ π, κὲ χαρίζομαι σε τούτῳ. Latini ad eundem modum, *Dono tibi librum*, & *Dono te libro* dicunt. Cæsar 7. bell. Gall. *Prædā militibus donat*. Cicero pro Archia, *Sylla quum Gallos & Hispanos ciuitate donasset*.

## Motus ad locum.

Apud Latinos quæ significant motum ad locū, accusativum postulāt nominis proprii citra præpositionem. Cic. ad Atticum, *Capuam venire iussus sum ad Nonas Februarias*. Idem ad eundem, *Spemque adfert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros*. Item hæc, *Confero me domum, Recipio me rus*. Terent. in Phorm. *Neque me domum nunc reciperem, nisi mihi hîc esset ostensa spes*. Porro appellatiuis, siue maiorum locorum vocabulis ferè præpositio additur. Cic. ad Attic. *Nos autem audieramus eum profectum, siue ad Pompeium, siue in Hispaniā*. Apud Græcos verò quæ motum ad locum significant, item accusativum requirunt, seu proprii seu appellatiui: præpositione autem nunc addita, nunc omiſſa. Sed Oratores illam frequentius adiiciunt. Thucyd. ἦλθον ἔσ' αὐτοὶ εἰς ἀθῆνας, *venerunt & ipsi Athenas*. Demosth. εἰς τὸν ἐλλησποντον ἀφίχθη, *Abiit in Hellespontum*. Xenoph. παρδ. ἡ. ἐκλεξάμενος αὐτῶν τοὺς δοκίμους ἐπιτηδεύσαστας (ἔτ), ἐπεμπε ἑσπεράσας, εἰς Ἀρασίαν μὲν Μεγάλυον, εἰς Καππαδοκίαν δὲ Ἀρταβάταν, εἰς Φρυγίαν δὲ τὴν μεγάλην Ἀρτακάμαν, εἰς Λυκίαν δὲ τὴν Ἰωνίαν Χρυσάταν, εἰς Καρίαν δὲ Καδδούσιον, ὡσαύτ' ἦσαν, *In Arabiam, in Cappadociam, in Phrygiam maiore*,

&c. omnino more Latinorum. Poetæ præpositionem sæpe abiciunt. Hom. ὄφρα ἐλλήσποντον ἵκωνται, vt in Hellespontum abeant. Item, μάλιστα γὰρ ἄλγος ἰκαίη θυμὸν ἐμὸν, maximè enim tristitia inuadit animum meum. In significatione motus ad locum authores Græci sæpenumero vtuntur ellipsi, accusatiuum videlicet loci omittentes, & genitiuum cum præpositione ponentes. Xenoph. εἰς οὐδενὸς διδασκάλου πώποτε φοιτήσαντα, nullum vnquam ludum literarium ingressus. Aristoph. in Pluto,

ἐγὼ δ' καὶ σὺ' ὡς ταχιστα πὸν θεὸν  
ἐγκατακλινοῦντ' ἄλωμδρ εἰς ἀσκληπιοῦδ'.

Ego verò & tu quàm celerrimè deum

Ducamus ad Æsculapii, ibi recubiturum.

Subaudiatur accusatiuus ἱερὸν vel ναὸν, templū. Hanc figuram Latini quoque imitati sunt, tam in significatione motus ad locum, quàm in loco, & per locum. Cic. ad Q. Fratrem, Præsertim cùm tu neque per Varronis velles ducere. Idē, Ad Telluris quidem etiam statuam tuam locaui. Et pro Cluentio, Sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnæ, quibus subscripsit reges à se in gratiam esse redutos. Idem Philip. 6, In foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Trebellii, qui Hernicos deuicit ad Castoris. Terent. in Adelph. Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dexteram.

Solent interdum Latini authores, quando localem motum significant, casus commutare: vt Virgil. Æneid. 4,

-ciectum littore egentē Suscepi. Pro ad littus: ablatiuo significante motum de loco pro accusatiuo vsus est, motum ad locum significāte. In quo sequuntur Atticos, qui ἐνδον pro εἰσω, & ἐνδοθεν pro ἐνδον dicunt, aduerbia quæ sunt in loco pro ad lo-

cum, & quæ sunt ad locum, pro in loco ponentes.

## Spatium temporis.

Accusatiuo tam Græci quàm Latini in designatione temporis vtuntur. Virgil. *Æneid.* 1,

-vna cum gente tot annos Bella gero.

Idem in eodem,

Tu faciem illius noctem non amplius vnam  
Falle dolo.

Idem *Æneid.* 3,

Tres aded incertos cæca caligine soles

Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.

Terent. in *Eunuch.* Vbi totum defedi diem. Cic. de

Senectute, Viginti duos annos ei sacerdotio præ-

fuit. Demosth. pro Corona, οἱ χεῖνοι παρέσβεις οὐπι

καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλοις μῶνας, boni isti le-

gati tres integros menses in Macedonia defederūt.

Euripid. in *Hecuba*, περταῖον ἤδη φέγος αἰωρούμενος,

tertium iam diem in altū sublatus. Demosth. ὡς

ἀπαντα πὲν βίον ἰσθῦθινοσ ἐῖ) ὁμολογῶ, itaque per om-

nem vitam meam obnoxium me esse confiteor.

Idem fit cūm citra durationem spatium temporis

designatur. Demosth. καλέπλευσαν δεῦρο τρίτον ἔτος

οὕτως ἔχῃ Παρμενίων, tertio post id anno. Idem, ἔξῃ

τον ἔτος τοῦτῃ τρίτον, exii annum abhinc tertium. Sic

Terent. in *Andria*, Interea mulier quædam abhinc

triennium Ex Andro commigrauit huic vicinix.

Huc pertinent & ista, Viginti annos natus est. Cic.

de Senect. Arbitror te audire Scipio, hospes tuus

Masiniſſa quæ faciat hodie nonaginta annos na-

tus. Sic Græci ἐπὶ γενεῶσ ἐννεήκοιτα, quod & per ge-

nitium efferunt. Lys. ὡ γδ αὐτῆ ἡ ὀσ ἐκ τῆ πατρίου

αἰδρὸς ἐπὶ τῶν γεροντῶς ἐκχσίδεκα , erat enim ei filius ex priori marito natus annos sedecim.

Accusatiuo siue ablatiuo indifferenter vtuntur Latini, continuum tempus significantes. Cic Offic. 1, Annum iam audientem Cratippum. Plin. Nihil salutare, nisi quod toto anno salubre. Sed accusatiuus vsitatio est. Græci quoque non per solum accusatiuum, sed etiam per genitiuum & datiuum temporis spacium efferunt. Per genitiuum, quando tempus præteritum significatur negatiuè, vt ἐκ εἶπον χρόνου πολλοῦ, nō dixi à multo tempore. Aristoph. πολλοῦ γδ αὐτοῖς οὐχ' ἔωρακα χρόνου, nam à λόγῳ tempore eos non vidi. Nec non cūm futurum tempus designatur affirmatiuè, Philip. apud Demosth. τὸ λοιποῦ περιέτομαι καὶ γὰρ δεφυλάττειν πῶς εἰρήνῳ, deinceps ego quoque tentabo seruare pacem. Vtuntur etiam genitiuo adiectiuorum absolutè posito Græci, quando temporis articulum instantemque occasionem definire volunt, vt μικροῦ ἐξέφυγε, parum abfuit quin effugeret. μικροῦ δῆλθε, ferè euasit. Per datiuum, vt εἴκοσι ἄλλοις ἔτησιν ἀποδημήσαι, viginti annis integris peregrinatus. Thucyd. ὑστέρω χρόνῳ ὅττι Τροίαν ἐσράπτυσαν, insecutis temporibus contra Troiam exercitum duxerunt. Idem, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ αὐτοῖς ζυγίση, eadem autem die ipsis euenit. Loquuntur etiam per nominatiuum, ἐξήλθει ἡδὴ ἔτος τρίτον, & τὸ το μὲν ἔτος ἡδὴ τρίτον ἐξήκει μὲν τὸ σπουδαῖζειν ἐμὲ, tertius iam annus agitur, ex quo studeo.

Quoties verò non spacium, sed species temporis significatur, ablatiuus tantūm apponitur apud Latinos, apud Græcos genitiuus, sed ἐλλήπτικῶς, vt suprà dictum est, deficiente videlicet præpositione ὅττι, vt Nocte vigilas, Luce dormis, Æstate do-

mi defides, Hyeme nauigas. Cic. Cornificio, Liberalibus literas accepi tuas: & Græci, νυκτὸς ἔἤμέρας ἐργάζεται, die ac nocte laborat. Gregor. καὶ γὰρ τὸ ἐπινοιώτων εἰμὶ τὸν νόμον, ὃς μελετᾷν ἡμέρας ἔἤ νυκτὸς διακελεύεται, καὶ ἑσπέρας, ἔἤ πωροῖ, καὶ μεσημβρίας, ego quoque laudo legem hanc, quæ die ac nocte, veiperi, mane & ad meridiem meditari iubet. Aristot. in Probl. διὰ τὴν αἰθρίας μᾶλλον ψυχρὸς γίνεται, ἢ ὀπνεφέλων ὄντων, quare cū cœlū serenū est, frig⁹ magis viget, quàm cū est nubilū. Hippoc. αἱ κοιλίαι χυμῶνος καὶ ἦρος θερμότεα φύσι, ventres hyeme & vere calidissimi sunt. Thuc. χυμῶνος ἤδη ἀνεχώρητ', hyeme appetete egressi sūt. Aristot. accusatiuo & genitiuo vsus est, in eadē sententia, διὰ τὴν τὴν μὲν χυμῶνα πωροῖ ἀπὸ τῆς ἑω πνύματα πᾶς, τὸ δὲ ἥρος, δείλης, καὶ ἀπὸ δυσμῶν, quare hyeme quidē mane vēti ab oriēte spirāt, x̄state verò circa crepusculū matutinū, etiā ab occidēte. Hic χυμῶνα καὶ ἥρος in accusatiuo posuit, δείλης verò, in genitiuo.

Latini interdum adiiciunt præpositionem. Horat. -Surgunt de nocte latrones. Quintil. Quæ per viginti annos erudiendis iuuenibus impenderam. Idem & Græci faciunt. Isocrat. in Archid. ταύτῃ δὲ διὰ τριακοσίων ἐτῶν καποικίσοισιν, hæc verò per triginta annos inhabitāt, vel annō iam trigésimo. Plutarch. in Cimone, ἔἤ τὰ ὅσα κοσμήσας μεγαλοπρεπῶς, κατήγαγεν εἰς τὴν αὐτὴν δὲ ἐτῶν σχεδὸν τριακοσίων, ossaque magnificè ornata, in patriam eius post annos fermè quadraginta deduxit. Sic διὰ τρίτης, tertio die, apud Galenū sæpe inuenitur. Polyb. lib. 4, οἱ μὲν ἐκ τῆς πέρας ὑπὸ τῆς ἑωθινῆς πωροῖ παρ' αὐτὸν τὸ ποταμὸν ὅπῃ τοῖς ἀπὸ πέρας βαρβάρους, sub matutinā horā, quod Latine Matutino dicitur. Idem in primo, ὑπὸ τῆς ἑωθινῆς τῆς ἡμέρας ὑποφανούσης, sub horam matutinam, die iam illucescente.

Græci ἐλλειπτικῶς νιuntur genitiuo in significacione spatii tēporis. Aristot. πρὸ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ἐν τῇ θαλάσῃ τῇ ἔξω ἡρακλείων σπηλιῶν, φασι ὑπὸ Καρχηδονίων νῆσόν τι ῥεθλῶσαι ἐρήμω, ἔχουσαι ὕλην τε παντοδαπὴν, καὶ ποταμοὺς πλωτοὺς, ἀπέχουσαι δὲ πλείονων ἡμερῶν, In mari quod est extra columnas Herculis aiunt à Carthaginensibus inuentam esse insulam desertam, varias sylvas habentem, distantem verò itinere vel iter multorum dierum. Subaudiendū est enim ὁδόν. Latini hoc quoque imitati sunt. Cic. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. Et rursus, Primum iter deuium: deinde ab Antonio & cæteris quatruidui.

## Spatium loci.

Loci spatium in accusatiuo ponunt Græci & Latini. Cæf. in Comm. Hercyniæ sylvæ latitudo nouē dierum iter expedito patet. Cic. ad Atticū, Quum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter trecenta processissem, reiectus sum austro vehemēti ad eandem Leucopetram. Plaut. in Aulular. Si tu hercle ex isto loco digitum trāuersum aut vnguem latum excesseris. Cicero in Acad. Quæst. A Chrysippo pedem nūquam. Quo modo & Lucianus loquitur, οὐδέ ποτε τὸν ἔπερον πόδα ἀπλῶν, nunquam vel pedem digressus. Thucyd. ἀπέχεται δὲ ἡ πλαταιὰ τῆς ἡβῶν σαδείας ἐβδομήκοντα, abest Plaita à Thebis septuaginta stadia. Xenophon. παρὰ δὲ τὸ Κέρως τρυτα ἀκούσας, πόσον δὲ, ἔφη, ἀπέστιν ὀνδένδε πρὸ σράπιμμασι δὲ ἔλεγον, ὡς δύο πρὸξασάσας, Quibus Cyrus auditis, quantum distat hinc, inquit, exercitus illi verò dicebāt, duas circiter parasangas. Hic accusatiuus apud Latinos nonnunquam in

ablatium mutatur. Virgilius,  
Nec longis inter se passibus absunt.

## Reciprocus accusatiuus.

Moris est Græcorū, omnibus verbis seu trāsitiuis, seu absolutis, seu passiuis nomina substantiua ab eisdem deducta accusatiuo casui subiungere, vt ἀδικῶ σε ἀδικίαι οὐ μεγάλλω, non magna te iniuria afficio: ἐρῶ σε ἔρωτα δριμυῶ, magno amore te prosequor: ἀπίθεῖς μοι ἀπίθειαν κατὰ φρονητικῆν, contumeliosus es in me, mihi que immorigerus: ἀμελοῦμαι ὑπό σου ἀμέλγαι ἀφιλοωρεπῆ, negligor à te quemadmodū amicum non decet. Demosth. ὑπὸ τειφ. εἶπα κενὰς χεῖρ' ἢ χεῖρτα. Τούτοισιν, ἐμὲ συκοφαντῶν, frustra illis gratificatur, me calumniando. Gregor. τίς ᾗ ἐκ αὐτῆς ἠλπισεν ἔκ τ' πίστεως ὡς ὅτι πιστεύθη δικαιοπρον ποιήσεν; Cui enim non erat verisimile eum reconciliatum iri cum eo, qui tandem ipsi fidem habuisset: Lys καὶ γὰρ πολλοὶ ἐξ ἐκείνης τ' βουλῆς πλὴν ὑμετέραν βουλήν ὅτι τῆς τελευτῆς ἐβούλευον, consilium vestrum consuluerunt, id est, idem quod vos consilium dederūt. Æschin. εἴη ὡσπερ ὑμῶν ἕκαστος ἀγχωσκίη πλὴν τάξιν λιπίην, ὡς δὲ ἐπέχθη ἐν τῇ πολέμῳ, at quemadmodum vnumquemque vestrum puderet, locum in quo esset collocatus deserere. Hesiod. de Pandora, -ὅ, π πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες δῶρον ἐδώρησαν πῆμ' ἀνδράσιν. Quod donum dii hominibus donarunt. Hanc consuetudinem, vt cætera fermè Græcorum imitati sunt Latini. Plaut. in Merc. Quando mihi adimitur, qua causa vitam cupio viuere. Virgil. Æneid. 12,

Amplius hunc oro sine me furere antè furorem,  
Plaut. in Pseud. Priusquam istam pugnam pu-

gnabo. Idem in Aulul. Nam qui amanti hero seruitutē seruit. Terent. in Phorm. Cantilenam eādē canis. Coel. ad Cic. Postridie Hortensius in theatrum introiit, puto vt suum gauderemus gaudiū.

## Accusatiuus per figuram.

Pluraque verba alterius vocis simul intellectu induunt, simul eius syntaxim imitantur, vt Olet lucernam, vnguenta, Sapit adustionem, Viuit Cynicum. Terent. Olet vnguenta de meo. Plaut. in Mostel. Non omnes possunt olere vnguēta exotica, sicut tu oles. Apul. 5. Metamorph. Deam spirat mulier. Ad eundem modum dicunt Græci, ὄζω μύρον, ὄζω λύχον. Demosth. Philip. 2. Attici verò pro genitiuo accusatiuum vsurpant, dicentes ὄζω μύρου. Sic πῆ θυμὸν, καὶ πῆ θυμοῦ, Atticé. Hom. μέγιστα πνέοντες ἀχαιοί, iram spirantes Achiui.

In accusatiuo ponuntur nomina, quæ pro aduerbiis vsurpantur, apud Latinos & Græcos, vt Furit indomitum, Toruum tuetur: Apul. Dulce sonat, pro indomité, toruè, dulciter. Lucret.

Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.

Gregor. εἰ μὴ καὶ λέοντα ἀπ' αὐτοῦ τις, ὅτι μὴ πηθήκειον βλέπει, δηλὰ βλασφῆν καὶ βασιλικόν, quod nō acerba tueatur, sed grauem regiūmque vultum habeat.

Aristoph. ἴσως ἐλπίς ὅτιν' ἐκ τραγωδίας. βλέπει γὰρ τοι μαλικόν καὶ τραγωδικόν, fortè Erinnyis quædam est ex tragicædia, furibundum enim quid ac tragicum tueatur. Idem Vesp. ὦ μαρὸς εἶπ', ὡς δὲ καὶ κλεπίον βλέπει,

αὐτὴ κλεπτικόν, quàm vultum similem habet furi!

Æschyl. in Promethæo,

ἄπειρος ὁ τραχὺς, ὅστις αὐτὸν νέον κρατῆ, difficilis est quicumque recens imperium est adeptus.



## Passiua.

Passiua apud Græcos asciscunt eundem accusatiuum, quem verbum actiuum habet post datiuū acquisitiuum, vt ἐχειρίζω σοι τῷ πτωχῷ ἢ ὀφθαλμοῦ, committo tibi hanc curationem:passiue, ἐχειρίζομαι τῷ πτωχῷ τὴν ὀφθαλμοῦ, mihi hæc curatio commissa est. Herodian. ἀπὸ τῆς τυκπεριῶν φρουρῶν ἐκπεριούρου ἐκχειρισμένος, vt cui nocturnæ excubiæ in ordinem recurrentes cessissent. Sic ὀφθαλμοῦ σοι τὴν διάταξιν, defero tibi arbitrium:passiue, ὀφθαλμοῦ ἐπιμαρτυροῦμαι τὴν διάταξιν, mihi arbitrium eius rei delatum est. Lucian.de Iudicio dearum, οὐδὲν ἡμεῖς ὡς Ἀφροδίτην δεδίαμεν, οὐδὲν ἂν ὁ Ἀρης ὁ σοὶς ὀφθαλμοῦ ἢ διάταξιν, ne si Marti quidem tuo arbitrium permittatur. Sic Galen. διὰ τὸ ἐπεὶ μὴ ἐνεπιστεύοντο τῇ θεραπείᾳ, ὅθεν ἡμεῖς ἐγὼ μὲν σιωπῶν, aliis concedebatur curatio. Apud Latinos accusatiuus, quem verbum acquisitiuum post datiuum regebat, in nominatiuum mutatur, quando verbum actiuum in passiuum conuertitur.

## Ablatiuus post verbum.

Quoduis verbum admittit ablatiuum, significantem qualecunque instrumentum, aut modum actionis, apud Latinos. Exempla instrumenti: Virgilius,

Malo me Galathea petit lasciuia puella.

Plaut. Benè monstrantem pugnis cædis. Sallust. in Iugurtha, Concordia res parvæ crescunt, discordia magnæ dilabuntur. Græci ablatiuo carentes, nomen instrumenti per datiuum efferunt. Æschyl. in Prometheus,

λαβῶν τινὲς ἀμφὶ χερσὶν ἐκκρατῶ δίνης

Vtrum studioꝛe id sibi habet, an laudi putat  
Fore, si perdidit gnatum

## Accusatiuus post verbum.

Verba transitiva cuiuscunque generis exigunt accusatiuum significansem id quod patitur, apud Græcos & Latinos. Horum innumera sunt in vtraque lingua. Nos hoc loco pauca tantum subiiciemus, ex iis, quæ Priscianus lib. 18. de Constructione recensuit, exemplis ex vtraque lingua adiuctis.

Curo & Impedio, illam rem, dicunt Latini, Græci φροντίζω καὶ ἐμποδίζω ὅδε τὸ πρῶτον. Virgil. Georg. 1,

Inuidet atq; hominum queritur curare triumphos.  
Lucan. lib. 5, -quo tempore primas

Impedit ad noctem iam lux extrema tenebras.  
Xenoph. ἄπομν. 1, ἀλλὰ καὶ τοὶ φροντίζοντες τὰ βλαύτα, μωραίνοντες ἐπεδείκνυν, sed etiam talia curantes, desipere ostendit. Construitur tamen hoc verbum etiam cum genitiuo, ut supra dictum est. Idem in eod. τῶντιν γὰρ πῶς εἶν ὑγιεινὸν ἢ ἰκανῶς εἶν, ἔθ' ἢ ἡ ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἐκ ἐμποδίζεν ἔφη, animamque studium ac diligentiam non impedire.

Despero hanc rem dicunt Latini, sicut Græci ἀπλπίζω ὅδε. Cic. pro Milone, In quos incensos ira, vitamque domini desperantes cum incidisset, hæsit in his pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini vita expetuerunt. Euripid. οὐχ' ἐσπέρας φασ' ἀλλὰ καὶ μεσημερίας τούτοις ἀπλπικάσι, hos desperarunt. Sic & ἀπογνώσκω, quod eiusdem significationis est, accusatiuo iungitur, ut ἀπογνοῖς τὰ τῶν Καρχηδονίων πρῶτα ἢ φαίδων, desperatis Phædon rebus Carthaginensium. Item, γέλειον ἀπογνοῖς τὸν φιλήμονα, penitus Philemonem desperans. Ex Suida. Cum In-

finitiuo quoque iungitur tam apud Latinos verbum Despero, quàm apud Græcos τὸ ἀπογνωσκῶ. Cic. de Diuinat. 2, Non equidem planè despero ista esse vera: sed nescio & à te discere volo. Demosth. in Philip. ἐγὼ μὲν γὰρ ἐκ αὐτῆς ἡγεῖμαι φίλιππον, οὐτ' εἰ τὰ παρῶντα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὐτ' αὖ εἰ νῦν ἀπέγινκε θεβαίοις τοῖς ἐκείνων ἐχθροῖς σιωπῶν ἐναυποῦσαι, neque si nunc desperauit Thebanis illorum hostibus perpetuò resistere.

Patior cum accusatiuo utrobique. Lucan. lib. 1, Pellimur è patriis laribus patimurque volètes Exilium.

Demosth. οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασι ἀπαίτιες ἴσασιν, αἱ δ' ὅ, πᾶσι συμβῆ, πείσσονται, hi quidem perpeffi sunt, quæ omnes nouerūt, illi verò quicquid contigerit patientur.

Fascino καὶ βασκαίνω cum accusatiuo. Virgil. in Bucolicis,

Nescio quis teneros ocul<sup>9</sup> mihi fascinat agnos. Demost. pro Corona, ὃ δ' σιγήσας ἠνίκα ἔδρα λέξαν, αὐτὸν πρὸς δύσκολον συμβῆ, τὸ βασκαίνει, hic verò tacens quando loquendum erat, si quid aduersi contigerit, id reprehendit. Aristid. ἐπεὶ βασκαίνει τὸν ἄνδρα ἀφέσκακα, hoc est μέμφεσθαι, cessauit hominem increpare.

Iuro & ὀμνυμι accusatiuo gaudent. Virgilius Æneid. 6,

Dii cuius iurare timent, & fallere numen.

Idem in eodem, -maria aspera iuro. Nec mirum, cum etiam passiuum habeat. Lucan.

Et lætæ iurantur aues bubone sinistro.

Hom. Iliad. α,

ἀλλ' ἐκ τοῖ ἐρέω ἐδὲ πὶ μέγαν ὄρκον ὀμοῦμαι,

At tibi dicam, magnūque iuramentum iurabo.

Menander.

γλυκέρα ἢ κλάεις ὀμνύω σι πὸν Δία & ἢ ἀθῆναι  
 φιλότατη, ὁμωμοχθὸς & πρῶτερον ἤδη πολλάκις,

hoc est, iuro tibi Iouem & Palladem, vel per Iouem & Palladem.

Tento & πειράω accusatiuo iunguntur. Virgil.  
 Æneid. 2,

Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.

Aristoph. Pluto,

ὅταν μὲ αὐτὰς πρὸς πένης πειρῶν τύχη,

Si quis tenuis ac pauper eas sollicitauerit.

Construitur tamen etiam cum genitiuo, vt πειρῶμαι ἤδ' κακῶν, experior mala.

Olfacio & Odoror cum accusatiuo apud Latinos iunguntur. Terent. in Adelph.

-sinerem illum, ac non sex totis mensibus

Prius olfecissem, quàm ille quicquid fecerit. Lucan. lib. 7, -tabémque cruentæ

Cædis odorati Pholoën liquere leones.

ὄσφραίνομαι apud Græcos, etsi verbum sensus sit, accusatiuo tamen more Attico iungitur. Aristoph. κακοδάμων ὄσφραίνε τίς; Miser quid odoratur, olfacit:

Fugio te dicunt Latini, sicut Græci φεύγω σι. Lucan. lib. 2,

Heu demens non te fugiūt, me cūcta sequiuntur.

Euripid. ὡς πᾶντες δὴ πεφύλασσι τ' ἄπικέιδρον κίνδυνον, omnes fugerunt impendens periculum. Sic ἀποδιδράσκω. Plato in Protag. ὁ γὰρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα, seruus Satyrus à me aufugit. In genere huc referenda sunt omnia verba, quæ quoquo modo transitionem significant, cuiusmodi sunt Desideratiua, inquisitiua, superpositiua, adoratiua, interrogatiua, funebria, vocatiua, hortatiua, precatiua, laudatiua, obtentiua, artium significatiua, deceptorua, miseratiōnē & luctum significatiua, emptio-

num & cōmerciorum, naturalis productionis, rifus & contemplationis significatiua, aliāque quæ ab Apollonio in Syntaxi sua recensentur.

## Verbum transitium cum duobus accusatiuis.

Ex transitiuis quædam geminum admittūt accusatiuum apud Græcos & Latinos. Cic. Philip. 2, Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere docuit. Idem in Pison. Quid nunc te asine doceam? non opus est verbis, sed fustibus. Sic Posco: Cic. in Verrem, Et parentes pretium pro sepultura posceret. Virgil. Æneid. 11,

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Plaut. in Bacch. Hanc veniam te illis exorem sine. Plato, οὕτω ὅ ἀντὶ πεφυκότες, οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες, εἰ τὰ μὲν διὰ διδάσκονται τοῖς ὑεῖς, τὸ τοῦ ὅ μὴ, σκέψαι ὡς θαυμασίως γίνονται οἱ ἀγαθοί. Verū cū hoc à natura sic cōparatum sit, viri boni, si alia quidem filios suos doceant, hoc verò non, vide quàm mirabili ratione boni fiant. Xenophon 4, ἀπομνήμ. ἐὰν δέ τις βούληται ἢ αὐτὸς μάθειν τὸ δίκαιον, ἢ ὑὸν ἢ οἰκέτιον διδάξασθαι, &c. si quis verò vel ipse velit quod iustum est discere, vel filium aut seruum docere, &c. Sic ἀπαγγῶ, posco, postulo. Demosth. μαδοῖς αὐτὴν ἀπαγγῶ, mercedem ab ea postulantes: quod tamen genitiuū quoque admittit, mediante præpositione ὡς. Pausan. in primo ἠλιακοῖς, ὡς δὲ ἔμαθεν τὴν αὐτοῦ χρεῖαν ὅτι παιδῶν ἢ Μηλιῶν, ὄντα ὅσα οἱ ἠλείοι δίκας τῶ φόνου ὡς ἀργείων ἀπαιτοῦν, pecnas cædis ab Argiuis expetiuerunt. ὀκλήω: Æschin. ἴλη τοῖς ὡς πλεόντας

ἐξέλεγον, tributum à præternavigantibus exigentes. Ἰσομμνήσκω: Demost. ἀναλκῆμον ἰσολαμβάνω μικρὰ ἢ γένημιδίων πρὸς τὸν ὑμᾶς ἰσομμῆσαι, necessarium esse existimo, ut pauca eorū quæ facta sunt, primum vobis in memoriā reuocem. ἀφαιροῦμαι. Galen. Therapeut. 12, σκαροῦ μὲ ἀνδρός ὄβιν, ἅμα τῷ νοσήματι καὶ τῷ ζωῷ ἀφαιρέσαι τὸν ἀνδρωπον, hominis est imperium, vna cum morbo vitam quoque homini auferre. Plutarch. in Antonio, ἀφαιρέτω γὰρ θύγατρες ἀνδρώποισι τὰ ὄντα, μαστιγίας καὶ κόλαξι χαλεζίδυρος, homines enim nobiles facultatibus suis spoliabat, vapulonibus & adulatoribus morem gerens. Frequenter alter accusatiuus in genitiuum mutatur, Libanius in argumēto ἔπειθε λεπτ. ὅτι δίκασμόν ὄβι τοῖς ἀπὸ πρὸς αὐτὸν πρὸς τὸν δέναι, καὶ τοῖς ὀρθῶς ἀπὸ λαβόντας, ἢ δὲ δόξεντων μὴ ἀφαιρέσαι, rebus datis seu donatis non priuare: Δποστρέω: Isocrat. in Trapez. ἐκείνο μέγιστον εἶναι ἢ γένημιαι τεκμήριον, ὅτι Δποστρέει με Παισιῶν τὰ χεῖματα, id firmissimum argumentum esse iudico, quod Pasion me pecunia spoliat. ἀπῶμαι: Demosth. ἰσὸρ φορμίωνος. ὁ δὲ αὐτὸ φατερώς καταγοῖς, καὶ ἀφείς καὶ ἀπαλλάξας, ἵνα αὐτὸν ἐαυτὸν ἀπὸ ἀπασάμυρος, τὰ αὐτῶν πάλιν δικάζοιτο; Quid contra seipsum obuiere potest, quamobrem contra acceptilationem ab sese factam, rursus quæstionem rei eiusdem referat, cuius semetipsum damnauit: διώκω καὶ διωκάτω. Demosth. ἐ Κηφισοφῶντα γεφιλῶν ἱερῶν γεφιλῶν ἐδίωκες, & Cephisophonem criminis sacrarum tabularum reum egisti. Aristoph. εἶτ' αὐτοῖς γεφιλῶ διωκάτω γεφιλῶν, deinde criminis eos reos ago. Δποφύγω: Demosth. πρὸς Βοιωτῶν, αὐτὸ δίκας τῶν ἀπέφυγον παρόντα ἐ ἀντιδικουῦτα, quibus iudiciis hoc præsentē & aduersus me orante, ipse absolutus sum.

Inter ea quæ construuntur Datio & Accusa-

tivo, sunt quæ mutant Dativum in Accusativum, & Accusativum in Dativum, vt δωροῦμαι σοι βιβλίον, δωροῦμαι σε βιβλίῳ. χαίρομαι σοι τῶτο, ἢ χαίρομαι σε τούτω. Latini ad eundem modum, *Dono tibi librū, & Dono te libro dicunt.* Cæsar 7. bell. Gall. Prædā militibus donat. Cicero pro Archia, Sylla quum Gallos & Hispanos ciuitate donasset.

## Motus ad locum.

Apud Latinos quæ significant motum ad locū, accusativum postulāt nominis proprii citra præpositionem. Cic. ad Atticum, Capuam venire iussī sumus ad Nonas Februarias. Idem ad eundem, Spēmque adfert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros. Item hæc, Confero me domum, Recipio me rus. Terent. in Phorm. Neque me domum nunc reciperem, nisi mihi hīc esset ostensa spes. Porro appellatiuis, siue maiorū locorum vocabulis ferè præpositio additur. Cic. ad Attic. Nos autem audieramus eum profectum, siue ad Pompeium, siue in Hispaniā. Apud Græcos verò quæ motum ad locum significant, item accusativum requirunt, seu proprii seu appellatiui: præpositione autem nunc addita, nunc omiſsa. Sed Oratores illam frequentius adiiciunt. Thucyd. ἦλθον ἐ ἀσπί εἰς ἀθῆνας, venerunt & ipsi Athenas. Demosth. εἰς τὴν ἐλλήσποντον ἀφίχθη, Abiit in Hellespontum. Xenoph. παρδ. ἡ ἐκλεξάμενος αὐτῶν τοῖς δοκίμοις ἐπιτηδεύοις (εἶ), ἐπέμπε ἀτράπαι, εἰς Ἀρασίαν μὲ Μεγάροβον, εἰς Καππαδοκίαν ἢ Ἀρταβάταν, εἰς φρυγίαν ἢ τὴν μεγάλην Ἀρτακάμαν, εἰς Λυκίαν ἢ τὴν Ἰωνίαν Χρυσάταν, εἰς Καρίαν ἢ Καδδούσιον, ὡσπερ ἦπυ, In Arabiam, in Cappadociam, in Phrygiam maiore,

&c. omnino more Latinorum. Poetæ præpositionem sæpe abiiciunt. Hom. ὄφρα ἐλλήσποντον ἵκωνται, vt in Hellespontum abeant. Item, μάλιστα γὰρ ἄλγος ἰκαίη θυμὸν ἐμὸν, maximè enim tristitia inuadit animum meum. In significatione motus ad locum authores Græci sæpenumero vtuntur ellipsi, accusatiuum videlicet loci omittentes, & genitiuum cum præpositione ponentes. Xenoph. εἰς οὐδένος διδασκάλου πώποτε φοιτήσαντα, nullum vnquam ludum literarium ingressus. Aristoph. in Pluto,

ἐγὼ δὲ καὶ σὺ γ' ὡς ταχιστα πρὸ θεῶν  
εἴκατα κλινοῦντ' ἄνω μὲν εἰς ἀσκληπιοῦς.

Ego verò & tu quàm celerrimè deum

Ducamus ad Æsculapii, ibi recubiturum.

Subauditur accusatiuus ἱερόν vel ναόν, templū. Hanc figuram Latini quoque imitati sunt, tam in significatione motus ad locum, quàm in loco, & per locum. Cic. ad Q. Fratrem, Præsertim cùm tu neque per Varronis velles ducere. Idē, Ad Telluris quidem etiam statuam tuam locaui. Et pro Cluentio, Sicut in statu is inauratis, quas posuit ad Iuturnæ, quibus subscripsit reges à se in gratiam esse red uctos. Idem Philip. 6, In foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Trebellii, qui Hernicos deuicit ad Castoris. Terent. in Adelph. Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dexteram.

Solent interdum Latini authores, quando localem motum significant, casus commutare: vt Virgil. Æneid. 4,

-iectum littore egentē Suscepi. Pro ad littus: ablatiuo significante motum de loco pro accusatiuo vsus est, motum ad locum significante. In quo sequuntur Atticos, qui ἐνδον pro εἰσω, & ἐνδθεν pro ἐνδον dicunt, aduerbia quæ sunt in loco pro ad lo-



cum, & quæ sunt ad locum, pro in loco ponentes.

## Spatium temporis.

Accusatiuo tam Græci quàm Latini in designatione temporis vtuntur. Virgil. *Æneid.* 1,

-vna cum gente tot annos Bella gero.

Idem in eodem,

Tu faciem illius noctem non amplius vnam  
Falle dolo.

Idem *Æneid.* 3,

Tres adeò incertos cæca caligine soles

Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.

Terent. in *Eunuch.* Vbi totum defedi diem. Cic. de

Senectute, Viginti duos annos ei sacerdotio præ-

fuit. Demosth. pro Corona, οἱ χεῖροι πρέσβεις οὐπι

καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας, boni isti le-

gati tres integros menses in Macedonia defederūt.

Euripid. in *Hecuba*, τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος,

tertium iam diem in altū sublatus. Demosth. ὥστε

ἀπαντα τὸν βίον ἰσχυρόθυτος εἶμι ὁμολογῶ, itaque per o-

mnem vitam meam obnoxium me esse cōnfiteor.

Idem fit cūm citra durationem spatium temporis

designatur. Demosth. κατέπλευσαν δεῦρο τρίτον ἔτος

οὐπὸς τῆς Παριθύων, tertio post id anno. Idem, ἔξῃ μ-

ην ἔτος τούτῃ τρίτον, exii annum abhinc tertium. Sic

Terent. in *Andria*, Interea mulier quædam abhinc

triennium Ex Andro commigrauit huic vicinix.

Huc pertinent & ista, Viginti annos natus est. Cic.

de Senect. Arbitror te audire Scipio, hospes tuus

Masiniſſa quæ faciat hodie nonaginta annos na-

tus. Sic Græci ἐτη γηγὼς ἐννήκοντα, quod & per ge-

nitium efferunt. Lys. ὡ γὰρ αὐτῆς ἡδὲ ἐκ τῆς πατρίδος

αἰδρὸς ἐπὶ τῶν γεγονῶς ἐκατόδεκα, erat enim ei filius ex priori marito natus annos sedecim.

Accusatiuo siue ablatiuo indifferenter vtuntur Latini, continuum tempus significantes. Cic. Offic. 1, Annum iam audientem Cratippum. Plin. Nihil salutare, nisi quod toto anno salubre. Sed accusatiuus vsitatio est. Græci quoque non per solum accusatiuum, sed etiam per genitiuum & datiuum temporis spacium efferunt. Per genitiuum, quando tempus præteritum significatur negatiuè, vt ἐκ εἶπον χρόνου πολλοῦ, nō dixi à multo tempore. Aristoph. πολλοῦ γὰρ αὐτοῖς οὐχ' ἔωρακα χρόνου, nam à lōgo tempore eos non vidi. Nec non cū futurum tempus designatur affirmatiuè, Philip. apud Demosth. τῷ λοιποῦ πειράτομαι καὶ γὰρ εἰ φυλάττειν τιτὴν εἰρήνην, deinceps ego quoque tentabo seruare pacem. Vtuntur etiam genitiuo adiectiuorum absolutè posito Græci, quando temporis articulum instantemque occasionem definire volunt, vt μικροῦ ἐξέφυγε, parum abfuit quin effugeret. μικροῦ δὴ ἦλθε, ferè euasit. Per datiuum, vt εἴκοσι ἔλαος ἔπεισιν ἀποδημήσαι, viginti annis integris peregrinatus. Thucyd. ὑσέρω χρόνῳ ἐπὶ Ἑλλάδα ἐσράπεισαν, insecutis temporibus contra Troiam exercitum duxerunt. Idem, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ αὐτοῖς ξυτέθη, eadem autem die ipsis euenit. Loquuntur etiam per nominatiuum, ἐξ ἠλθεν ἡδὴ ἔπος τεύπον, & τὸ μὲν ἔπος ἡδὴ τεύπον ἐξήκει μὲν τὸ σπουδαίειν ἐμὲ, tertius iam annus agitur, ex quo studeo.

Quoties verò non spacium, sed species temporis significatur, ablatiuus tantum apponitur apud Latinos, apud Græcos genitiuus, sed ἐλλειπτικῶς, vt suprà dictum est, deficiente videlicet præpositione ἐπὶ, vt Nocte vigilas, Luce dormis, Æstate do-

mi desides, Hyeme nauigas. Cic. Cornificio, Liberalibus literas accepi tuas: & Græci, νυκτὸς ἔ ἡμέρας ἐργάζεται, die ac nocte laborat. Gregor. καὶ γὰρ τῷ ἐπινοιώτων εἰμὶ τὸν νόμον, ὃς μελετᾷ ἡμέρας ἔ νυκτὸς διακελεύεται, καὶ ἑσπέρας, ἔ πρωί, καὶ μεσημβρίας, ego quoque laudo legem hanc, quæ die ac nocte, vesperi, mane & ad meridiem meditari iubet. Aristot. in Probl. διὰ τὴν αἰθρίας μάλλον ψυχὸς γίνεταί, ἢ ὀπνεφέλων ὄντων, quare cū cælū serenū est, frig⁹ magis viget, quàm cū est nubilū: Hippoc. αἱ κοιλίαι χυμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, ventres hyeme & vere calidissimi sunt. Thuc. χυμῶνος ἡ δὴ κενώρηται, hyeme appetēte egressi sūt. Aristot. accusatiuo & genitiuo vsus est, in eadē sententia, διὰ τὴν τὴν χυμῶνα πρωί ἀπὸ τῷ ἔω πνύματα πνί, τὸ τὸ ἦρος, δείλης, καὶ ἀπὸ δυσμῶν, quare hyeme quidē mane vēti ab oriēte spirāt, & state verò circa crepusculū matutinū, etiā ab occidēte. Hic χυμῶνα καὶ ἦρος in accusatiuo posuit, δείλης verò, in genitiuo.

Latini interdum adiiciunt præpositiōnem. Horat. -Surgunt de nocte latrones. Quintil. Quæ per viginti annos erudiendis iuuenibus impenderam. Idem & Græci faciunt. Isocrat. in Archid. ταύτῃ τὸ διὰ τριακοσίων ἐτῶν καπικίσεισιν, hæc verò per triginta annos inhabitāt, vel anno iam trigesimo. Plutarch. in Cimone, ἔ τὰ ὅσα κοσμήσεις μεγαλοπρεπῶς, κατήγαγον εἰς τὴν αὐτὴν δι' ἐτῶν ἑξῆς τὴν τριακοσίαν, οὐδ' αὖτε magnificè ornata, in patriam eius post annos fermè quadraginta deduxit. Sic διὰ τρίτης, tertio die, apud Galenū sæpe inuenitur. Polyb. lib. 4, οἱ μὲν ἐκ τῷ πέρα ἕως τῷ ἔωηνλὸν προῆγον παρ' αὐτὸν τὸ ποταμὸν ὅπτι τῷ εἰς ἀντιπέρα βαρβαροίς, sub matutinā horā, quod Latine Matutino dicitur. Idem in primo, ἕως τῷ ἔωηνλὸν τῷ ἡμέρας ἕως φαίνουσης, sub horam matutinam, die iam illucescente.

Græci ἐλλειπτικῶς vtuntur genitiuo in significacione spatii tēporis. Aristot. *ὅτι θαυμασίον αἰκουσμάτων, ἐν τῇ θαλάσῃ τῆ Ἰζω ἠερακλείων σπηλῶν, φασὶν ὑπὸ Καρχηδονίων νῆσόν θύρεθλῶσαι ἐρήμῳ, ἔχουσαι ὕλην τε παντοδαπὴν, καὶ πύτα μοις πλωτοῖς, ἀπέχουσαι δὲ πλειόων ἡμερῶν.* In mari quod est extra columnas Herculis aiunt à Carthaginensibus inuentam esse insulam desertam, varias syluas habentem, distantem verò itinere vel iter multorum dierum. Subaudiendū est enim ὁ δὴν. Latini hoc quoque imitati sunt. Cic. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. Et rursus, Primum iter deuium: deinde ab Antonio & cæteris quatruidui.

## Spatium loci.

Loci spatium in accusatiuo ponunt Græci & Latini. Cæf. in Comm. Hercyniæ syluæ latitudo nouē dierum iter expedito patet. Cic. ad Atticū, Quum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter trecenta processissem, reiectus sum austro vehemēti ad eandem Leucopetram. Plaut. in Aulular. Si tu hercle ex isto loco digitum trāuersum aut vnguem latum excesseris. Cicero in Acad. Quæst. A Chrysippo pedem nūquam. Quo modo & Lucianus loquitur, οὐδέποτε τὸν ἔπερον πόδα ἀπέλθων, nunquam vel pedem digressus. Thucyd. ἀπέχεται δὲ τῆ πλαταιᾶ τῆς θηβῶν σαδείοις ἐβδόμενοντα, abest Plataea à Thebis septuaginta stadia. Xenophon. περὶ δ. ε. καὶ ὁ Κέρρος ἔαυτα αἰκούσας, πόσον δὲ, ἔφη, ἀπίστιν ὄνθιν δὲ τὸ σράτευμα; οἱ δὲ ἔλεγον, ὡς δύο ὀξυστάγας, Quibus Cyrus auditis, quantum distat hinc, inquit, exercitus illi verò dicebāt, duas circiter parasangas. Hic accusatiuus apud Latinos nonnunquam in

ablatiuum mutatur. Virgilius,  
Nec longis inter se passibus absunt.

## Reciprocus accusatiuus.

Moris est Græcorū, omnibus verbis seu trāsitiuis, seu absolutis, seu passiuis nomina substantiua ab eisdem deducta accusatiuo casui subiungere, vt ἀδικῶ σε ἀδικίαν οὐ μὲγάλῳ, non magna te iniuria afficio: ἐρῶ σε ἔρωτα δριμυτῶ, magno amore te prosequor: ἀπειθεῖς μοι ἀπίθειαν κατὰ φρονητικῆν, contumeliosus es in me, mihi que immorigerus: ἀμελοῦμαι ὑπὸ σου ἀμέλῃαν ἀφιλοφρεπῆ, negligor à te quemadmodū amicum non decet. Demosth. ὑπὸρ' εἶπε κενὰς χεῖρ' ἔχειται τούτοις, ἐμὲ συκοφαντῶν, frustra illis gratificatur, me calumniando. Gregor. τίς τ' ἔκ' αὐτῶν ἤλπισεν ἐκ τῆς πίστεως ἡμῶν ὅτις ἐδέχθη δίκασμόν; Cui enim non erat verisimile eum reconciliatum iri cum eo, qui tandem ipsi fidem habuisset? Ἐγὼ καὶ γὰρ πολλοὶ ἐξ ἐκείνης τῆς βουλῆς τὴν ὑμετέραν βουλὴν ὅτι τῶν τελευτῶντα ἐβούλευον, consilium vestrum consuluerunt, id est, idem quod vos consilium dederūt. Æschin. ἐμὲ ὡσαύτ' ὑμῶν ἕκαστος ἀχινεύει τὴν τάξιν λιπῆν, ἡμῶν δὲ ἐπάχθη ἐν τῇ πολέμῳ, at quemadmodum vnumquemque vestrum puderet, locum in quo esset collocatus deserere. Hesiod. de Pandora, -ὅ, π πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες δῶρον ἐδώρησαν πῆμ' ἀνδράσιν. Quod donum dii hominibus donarunt. Hanc consuetudinem, vt cætera fermè Græcorum imitati sunt Latini. Plaut. in Merc. Quando mihi adimitur, qua causa vitam cupio viuere. Virgil. Æneid. 12,

Amplius hunc oro sine me furere antè furorem,  
Plaut. in Pseud. Priusquam istam pugnam pu-

gnabo. Idem in Aulul. Nam qui amanti hero seruitutē seruit. Terent. in Phorm. Cantilenam eādē canis. Coel. ad Cic. Postridie Hortensius in theatrum introiit, puto vt suum gauderemus gaudiū.

## Accusatiuus per figuram.

Pluraque verba alterius vocis simul intellectu induunt, simul eius syntaxim imitantur, vt Olet lucernam, vnguenta, Sapit adustionem, Viuit Cynicum. Terent. Olet vnguenta de meo. Plaut. in Mostel. Non omnes possunt olere vnguēta exotica, sicut tu oles. Apul. 5. Metamorph. Deam spirat mulier. Ad eundem modum dicunt Græci, ὄζω μύρον, ὄζω λύχρον. Demosth. Philip. 2. Attici verò pro genitiuo accusatiuum vsurpant, dicentes ὄζω μύρου. Sic πῆθ' θυμὸν, καὶ πῆθ' θυμοῦ, Atticé. Hom. μέγιστα πνέοντες ἀχαιοί, iram spirantes Achii.

In accusatiuo ponuntur nomina, quæ pro aduerbiis vsurpantur, apud Latinos & Græcos, vt Furit indomitum, Toruum tuetur: Apul. Dulce sonat, pro indomité, toruè, dulciter. Lucret.

Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.

Gregor. εἰ μὴ καὶ λέοντα ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι μὴ πηθήκειον βλέπει, διὰ βλασφημίαν καὶ βασιλικόν, quod nō acerba tuetur, sed grauem regiūmque vultum habeat. Aristoph. ἴσως εἰρηνίς ὅστιν ἐκ τραγῳδίας. βλέπει γὰρ τοι μαϊνικόν καὶ τραγικόν, fortè Erinnyes quædam est ex tragædia, furibundum enim quid ac tragicum tuetur. Idem Vesp. ὦ μαρὸς ὄσα, ὡς δὲ καὶ κλεπίον βλέπει, ἀπὲρ κλεπτικόν, quàm vultum similem habet furi!

Æschyl. in Prometheo,

ἄπας ὁ τραχὺς, ὅστις αὐτὸν νέον κρατῆ, difficilis est quicumque recens imperium est adeptus.

## Passiua.

Passiua apud Græcos asciscunt eundem accusatiuum, quem verbum actiuum habet post datiuū acquisitiuum, vt ἐχειρίζω σοι αὐτίω ἢ ἐπιμέλειαι, committo tibi hanc curationem:passiuè, ἐχειρίζομαι ταύτῳ τῷ ἐπιμέλειαι, mihi hæc curatio commissa est. Herodian. ἀπὸ ἢ νυκπεριῶ φρουρῶν ὅκ πελοδου εἶχε χειρομένους, vt cui nocturnæ excubiæ in ordinem recurrentes cessissent. Sic ἐπιπέπω σοι τῷ διαταί, defero tibi arbitrium:passiuè, ἐπιτρέπομαι ἢ διαταί, mihi arbitrium eius rei delatum est. Lucian.de Iudicio dearum, οὐδ' ἡμεῖς ὡς Ἀφροδίτη δέδιαμεν, οὐδ' αὖτὸς Ἄρης ὁ σὸς ἐπιτραπή ἢ διαταί, ne si Marti quidem tuo arbitrium permittatur. Sic Galen. δὴ ἐπεροὶ μὲν ἐνεπιστεύοντο ἢ θεραπείαι, ὅθεν ἡμεῖς ἐγνωμεν σιωπῶν, aliis concedebatur curatio. Apud Latinos accusatiuus, quem verbum acquisitiuum post datiuum regebat, in nominatiuum mutatur, quando verbum actiuum in passiuum conuertitur.

## Ablatiuus post verbum.

Quoduis verbum admittit ablatiuum, significan-  
 tem qualecunque instrumentum, aut modum  
 actionis, apud Latinos. Exempla instrumenti:  
 Virgilius,

Malo me Galathea petit lasciua puella.

Plaut. Benè monstrantem pugnis cædis. Sallust.  
 in Iugurtha, Concordia res paræ crescunt, discor-  
 dia magnæ dilabuntur. Græci ablatiuo carentes,  
 nomen instrumēti per datiuum efferunt. Æschyl.  
 in Prometheo,

λαβῶν τῆ ἀμφὶ χροτὴν ἐγκρατῆ δένει

ῥαισῆε θεῖνε . fortiter mallo tundito. Sic χεὶ θεῖ  
 ἀπειρήν, δὴ μὴ ὄλω θυλάκω, manu serere oportet, nō  
 toto thylaco. Modi: Cic. Lentulo, Nam cū in ser  
 mone quotidiano, tum in Senatu, palàm sic egit  
 causam tuam, vt neque eloquentia maiore quis-  
 quam, neque grauitate, nec studio, nec contentio-  
 ne agere potuerit, cum summa testificatione tuo-  
 rum in se officiorum. Græci per datiuum. Æschyl.  
 in Prometheo,

χάρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον βία, crura eius vi in-  
 flectas. Ibidem,

καὶ δὴ πέπρακται πύργον οὐ μακρῶ πόνω,

hæc res non magno labore effecta est. Et rursus,

αὐτὸν γὰρ σε δεῖ πρῶ μνηθῆως

ὅτω ἔστω τῆς δὲ ἐκκυλιαθῆσι ἰέχνης,

quo modo ex ista te fabrica explices.

## Comparatiua.

Quæ vim obtinent comparationis, apud Lati-  
 nos admitunt ablatiuum mensuram significantē:  
 vt Multo præstat cauere quàm admittere, Multis  
 infinitis partibus te vincit, Duplo superat, Nimio  
 antecellit. Apud Græcos per datiuum hoc effer-  
 tur. Isocrat. ἢς οἱ τυχόντες πολλῶ μᾶλλον εἰσὶ ζηλωτότεροι  
 τῶν μεγάλαις πόλεσι κατὰ σφέφοιμόρων, quam qui conse-  
 quuntur, multò beatiore sunt iis qui magnas ci-  
 uitates subuertunt.

## Motus à loco.

Latini motum à loco volentes exprimere, eadē  
 nomina in ablatiuo casu verbis subiiciunt, quæ in  
 genitiuo apponebant, cū significabatur quies in



loco: vt Discedit Roma, Reuersus est rure. Cic. Rufo, Quum Tullius rure redierit, mittam eum ad te. Græci ablatiuo carentes, nomina locorum, à quibus fit motus, aduerbialiter efferunt, adiacientes illis syllabā *θεν*, vt *Αθηνθεν*, Athenis: *οικοθεν*, domo: *ἀγροθεν*, ex agro. Vel pro ablatiuo Latino, vt iur genitiuo præpositione antecedente, vt *ἐξ ἀθηνῶν*, Athenis: *ἐξ ἀγροῦ ἐπιπέρομαι*, rure redeo: *ἐκ ῥώμης*, Roma. Apud Latinos semper præpositio Per apponitur appellatiuis regionum nominibus, per quas motus significatur. Cic. ad Attic. Etiam illud erat persuasum, Pompeium cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricū fecisse. Apud Græcos verò *διὰ*, nomēnque regionis vel loci in genitiuo ponitur, vt *διὰ τῆς θαλάσσης*, per mare: *διὰ τῆς ἐλλάδος*, per Græciam.

## Ablatiuus absolutus.

Quibuslibet verbis additur ablatiuus absolute sumptus apud Latinos, apud Græcos verò genitiuus, quando consequi aliquid significant. Virg. Æneid. 7,

-non vobis rege Latino

Diuitis vber agri, Troiæ ve opulencia deerit. Id est, dum rex sum Latinus, vel donec Latinus regnat. Sic Augusto Imperatore Alexandria provincia facta est, id est, cum Augustus esset imperator. Bruto defensore liberata est à tyrāno respub. Id est, cum defensor eius fuerat Brutus. Sylla victore perierunt Romani, pro cum victor fuerat Sylla. Hom. Iliad. α,

οὐ πρὸς ἐμεῦ ζῶντος ἢ ἐπὶ χθονὶ δερκομῆσιο,

-σὺ κοίλης ὠδῆς νηυσὶ βαρῆας χιῆρας ἐποίησ. hoc est,

*ιδεομαι π. βεν ablat. (qui alius Dativus videtur)  
 exprima. huc locum προφητ. quem attuli ad Gram.  
 mar. Verisag p. 17.*

I.ii.

Me viuēte, superque terrā conspēcto. Isocrat. *πρὸς Νικοκλήν ἢ πρὸς ἀμίω, ὅτι τοσούτων ἔντων τὸ πλεῖστον καὶ ἴσῳ ἰδιωτῶν ἔστιν ἀρχόντων, οἱ μὲν πὺ τούτων εἰρήκασι, &c.*  
 noueram quòd tam multis & priuatis hominibus  
 & in magistratu constitutis, &c. Demosth. *καὶ Τιμοκρ. μὲν ταῦτα δημοδότης ἐκκλησίας, θεωρητορὸν ἔστιν ὁ δῆμος, concione conuocata.*

## Passiua.

Passiuis additur ablatiuus agentis apud Latinos, accedente præpositione à vel ab, vt Rideris ab omnibus. Apud Græcos genitiuus cum præpositionibus ὑπὸ vel πρὸς. Demosth. *ἔξήπατιθε μὲν ὑμῶν ὑπὸ φιλίππου, decepti estis à Philippo.* Simile est illud Æschyli in Prometheo,

*Ἴδετέ μ' οἶα πρὸς θεῶν πάγω θεός,*

Videte qualia deus à diis patiar.

Additur aliquādo datiu<sup>9</sup> absq; præpositione apud Latinos & Græcos, vt Visus mihi, pro à me : Amaris omnibus, pro ab omnibus : *πίπρωκαί μ' ἐμοί, pro ὑπὸ ἐμοί, à me factum est.* Demosthen. *καὶ Τιμοκρ. ἐγὼ δ' εἰπὼν τὸ καὶ διῆω θεωρηκόντως εἴρηται, νομίζω καὶ μοι νῦν ἀρμόζειν, &c.* si ab vllō re cū ac conueniēter dictum est.

Accusatiuus utrobique vertitur in nominatiuū, vt Pater castigat filium, Filius castigatur à patre. Sic Græcè, *οὐδέ μιν πω Κύρην ἀγαθὸν πόλιν ὄλεσαν ἄνδρες, Nulli vnquam boni viri ciuitatem perdidērunt, Theognis.* passiuè dicas, *οὐδέ μιν πω Κύρην πόλιν ὑπὸ ἀγαθῶν ἀνδρῶν διεφθάρη, nulla vnquam ciuitas à viris bonis perditā est.*

Cæteri casus omnes ferè manent in passiuis, qui fuerāt a ctiuorum, vt Doceris à me Grammaticam,

Accusaris furti, Priuaberis magistratu. Et Græcè παιδεύη ἕσ' ἐμοῦ ἢ γραμματικῶν, κρίνεται κλοπῆς, ἀπίστεύονται χημῶτων· γυμνῶται ἢ ἐδῆπος, nudatus est veste: ἀσκέεται τὰ πολεμικά, exercetur studiis bellicis.

Vtor, sicut & Vescor, Fruor, Potior, ablatiuum asciscit. Cic. Lentulo, Aulo Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Inuenitur etiam cum accusatiuo, sed vetusté. Plaut. in Asin. Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. Verbum χῶμαι apud Græcos quoque duplicem casum regit, genitiuum communiter, & accusatiuum Attice. Demosth. τῆ πύχῃ ἢ τῷ ὀδύμῳ ἀπένειμδρ ἐκάσσις, ταύτῃ κέχλωται, Hac vsi sunt fortuna, quam deus vniciuique dedit. Isxus, τῷ ἢ χῶμδρος ἡμῖν ἐ πῶλ πλείστου ποιούμδρος ἀπάντων, familiariter nobis vsus. Cum accusatiuo: Plutarch. διὰ τῶτο ἢ Κάτωνι μηδέν χηῖσαδζ ἀξιον σπουδῆς Πομπήιον, nulla re vti, id est, nullam curationem administrare.

## De modis verborum.

Peculiare Græcis est ac proprium, vt Indicatiuo modo nonnunquam vtantur pro Opratiuo. Gregor. ἐπὶ ἢ τὰ δῶρα τραπίζη πρῶθεν κείν ἐδζ, ὡσπερ τῷ ἐδος, ἀδῆλον ὅν εἰ πρῶσῆσεται, incertum an admisurus esset. πρῶσῆσεται dixit, ἀπὸ τῶ πρῶσῆσῃτο. Demosth. πῶλ σφαιού, χῶμ ἢ σιτο πομπείαν ὅπως κομῶσῃσεται πρῶδῆσεται, oportebat prouidere quomodo frumentum conuheretur. Aristoteles in lib. de animalibus, ἐπὶ οὖν ἐκ ἔχουσι μέγεια οἷς πῶλησῃσονται, ἀπὸ τούτων τῆ ὑγρότητι χῶνται τῶ σώματος, πῶλελιπῆόμενοι ἀμῆλοισι, quibus se inuicem complectantur. pro πῶλησῃσονται.

Per Indicativum etiam multa dicunt, quæ Latini per coniectivum. Xenoph. ἀπομν. 2, ἀλλ' οὐδέ πώποτε αὐτῶν, ἔφη, οὐδέ εἶπα, εὐσεβῆ ἐποίησα ἔδεν, ἔφ' ᾧ ἠγωνίη, propter quod ipsa erubuerit, vel erubescere, pudoréque perfundi debuerit. Idem in 6. ἐλλῶ. παρ' ἐμοὶ ὃ οὐδείς μισοφορεῖ, ὅστις μὴ ἰκανός ἔστιν ἴσα ποιεῖν ἐμοί, qui non sit idoneus: pro eo quod est, ὅστις μὴ ἴσα δὴ ἐμοὶ ποιήσῃ. Et in septimo, οὐδέν γδ οὕτω βραχὺ ὄπλον ἕκαστεροι εἶχον, ᾧ ἕκ' ἐξικνοῦντο δὴμῶν, quo non se mutuo sauciarent: pro ᾧ ἕκ' αὐ' ἐξικνοῖντο. De his vide copiosius Budæum in Commentariis. Nobis enim singula ad Latinam vel Græcam linguam pertinentia persequi non est propositum, sed obiter utriusque linguæ concordantiam in regulis, maximè generalibus perstringere.

## De Imperativo.

Imperativus vocativum postulat apud Græcos & Latinos. Horat. Lydia dic per omnes

Te deos oro, &c. Virgil.

Dic mihi Damoëta, cuium pecus, an Mœlibœi  
Est tamen quando apud Græcos cum nominativo iungitur. Lucian. ἐν ἀρεστέ βίων, εἶπ' ὁ Πυθαγόρῃ κὸς κατὰ βίη, ἔ παρέχε σταντὸν ἀναχεωρεῖν τοῖς σιωφλεμόμοις, tu Pythagorice descende, téque multitudini spectandum exhibe. Et ibidem, εἶπ' ὁ πῶν πῆσαν ἐξερτημόμος, ὁ ἔσωμίας, ἐλθέ κ' ἀεὶ ἐν κύκλῳ τὸ σιωέδριον, Tu qui pera es accinctus, accede, &c.

Peculiare Græcis est, præsertim verò Atticis, imperativus uti loco Subiunctivi. Aristoph. μὴ ψύσον ᾧ ζῶ τῆς ὑποῦσης ἐλπίδος, ne frustres ὁ Iupiter præsentis spe. ψύσον pro ψύσῃ. Nec non & pro Indicativo. Menander, εἰδ' ὅτι πείσῃ, pro ποιήσῃ, scio te fa-

Eturum. Euripid. in Hecuba, οἶσθ' οὐκ ὁ δράσον, ἀντὶ τοῦ δράσας, scis quid sis facturus. Latinis id non est in vsu.

## Optatius.

Optatius apud Græcos vel adiunctā sibi habet potentialem particulam *ἀν*, vel eadem est destitutus. Quando eam habet, significationem obtinet futuri temporis. Plato in Sympos. Ζητήσῃ δὲ θήμαι καὶ εἶπ᾽ ἀρεσίων, τὸ καλὸν ἐν ᾧ *ἀν* γήνησθε, in quo generare possit vel poterit. Sic, διακρίως *ἀν* μέμψαιτ' *ἀν* τις Δεισοφάνει κατηγοροῦν Σωκράτους, iure ac merito poterit quis reprehendere Aristophanem, accusantem Socratem. Sine *ἀν* verò, vel pro præterito, vel propriè, hoc est, in significatione optandi sumitur. Pro præterito: Liban. ὡς εἶ τις Ζητήσας καρπὸν πολλῶν ᾧ δὲ δήμετος, εἶτα τυχὼν ἀχθοίτο τῆ φορᾷ, si quis copiosum fructū à Cerere petiisset, postea quū impetrasset, prouentui indignatus fuisset. Hoc modo possūt omnia optatiua pro præteritis sumi, quādo habent ante se ὡς. Propriè, hoc est, in significatione optādi, & vel subintelligitur aduerbiū optādi per ἐλάψιν, vel exprimitur. Subintelligitur, vt Synes. κακῶς ὁ δεῦρό με κομίσας ἀπόλοιτο ναύκληρος, Malè pereat nauclerus, qui me huc aduexit. Pro εἶτε ἀπόλοιτο vel εἶτε φθαρείη. Gregor. μὴ σὺ γε τοιούτου κριτοῦ τύχης. Absit vt huiusmodi nanciscaris iudicem. Synes. ἄρα μοι τῆς προθυμίας ἀμοιβὴν ᾧ δὲ θεοῦ, Vtinam à deo propensi animi gratiam inuenias. Vbi subauditur τὸ εἶτε. Exprimitur, vt apud Theocritum, εἶτε γροίμην

Η βομβῶσα μέλισσα, καὶ εἰς τὸ σὸν ἀντρον ἰκοίμην,  
Vtinam essem strepera apis, tuūque in antrum

venirem. Iliad. 1,

αἴτ' ὄφελος ἔσθ' ἀνισὶν ἀδάκρυτος ἔ ἀπήμων ἦσαι,

Vtinam ad naues sine lachrymis atque inoffensus sederes . Apud Latinos quoque aduerbium optandi nonnunquā prætermittitur, nonnunquā exprimitur . Prætermittitur, vt Plaut. Amphitr. Blepharo dispeream, si aut intus adhuc fui, aut si hunc miserim. Horat. 1. Serm. Satyra 9,

Hunc hominem si velles tradere, dispeream ni  
Summosses omnes. Martial. lib. 2,

Si non mentiris, Classice dispeream.

Exprimitur, Terent. in. Andria, -vtinam

Id sit quod spero. Idem Heaut. Vtinam dii ita faxint. Virgil. Eclog. 10,

At vtinam ex vobis vnus vestrique fuisset.

Optatiuus præterea sæpe ponitur pro Indicatiuo apud Græcos. Plato in Protag. ἔλεγχος γὰρ ὅτι Ζεὺς τιμὴν δικαιοσύνης καὶ τιμὴν αἰδῶν πέμψει τοῖς ἀνθρώποις, dixisti enim quod Iupiter iustitiam ac verecundiam miserit omnibus. πέμψει dixit pro ἔπεμψε. Xenoph. ἑναχοῦς οὖν ποίε' σου μέμνημαι ἀκούσας, ὡς ὁ Ἀρμένιος καταφρονεῖ σου νῦν, ὅτι ἀκούει τοὺς πολεμίους ποροσιόντας ἐφ' ἡμᾶς, ἔ οὐτε στρατεύματα πέμποι, οὐτε δασμὸν ὄν' ἔδδ' ἀπάγει, Memini me nuper ex te audire, quod Armenius te nunc contemnat, posteaquam audit hostes contra nos aduentantes, neque exercitum mittat, neque debitum tributum pendat. καταφρονεῖ pro καταφρονεῖ vel καταφρόνησε: sic πέμποι pro ἔπεμψε, & ἀπάγει pro ἀπήγαγε. Huius locutionis vsus est apud illos, quando quis aliquid narrat non ex se, sed ab alio auditum: dubitat enim vtrū verā sint, quæ sibi ab alio fuerunt recitata. Dubitationi verò Optatiuus modus maximè accommodus est. Nam & ille qui precatur vel optat aliquid, dubius

est, vtrum voti sui compos sit futurus. Latini quoque modum immutare solent, ac pro Indicatio vel Optatium vel Subiunctium ponere. Cic. pro Cluentio, Habetur de integro quaestio: nulla vis tormentorum praetermittitur. Furere crudelis & importuna mulier, nequaquam sibi ut sperasset ea quae cogitasset procedere, id est, quae cogitauerat & sperauerat. Optatius pro Indicatio. Idem pro L. Flacco, Meam quodammodo flens fidem implorat, ac reperit eam, quam patri suo quodam pro salute patriae sponderim dignitatem. id est sponodi. Subiunctius pro Indicatio.

## De Subiunctiuo.

Subiunctiuus apud Graecos & Latinos multus vsus est in ambigendo dubitandoque, ut πρότερον εἴπω, vtrum dicam? Lucian. ὅπως ἂν εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός ἐστι ἢ ὄψιν; qua ratione potissimum scire poterem? Galen. ἔκ τίνος ὁ, π φῶ, Quid dicere debeam nescio. Qui modi per Subiunctiuum loquendi apud Latinos crebri sunt. Cic. Age iam de ipso psephismate dixerem. Cic. pro Plancio, Sed mediufidius multo citius meam salutem pro te obiecerem, quam Gnei Plancii salutem tradiderem contentioni tuae. Idem Philip 13, Neque istinc si cupias possis te explicare. recesseris? omnes sequentur. manseris? haerebis. Idem in Praetura Urbana, Emerferit etiam ex peculatus iudicio? meditetur de ducibus hostium, quos accepta pecunia liberauit. Et infra, Ex hoc quoque euaserit? proficiscar eò, quod iam vocat populus Romanus. Eiusmodi à Graecis ἀσυνήτακτα vocantur.





ἄξιός τ' ἔστι φιλάδελφος ἔστι, ἐκείνος δὲ φαῦλός τε καὶ ἐκ  
 ἀξίος ἀνεργασίας; te quidem bonum esse, ac fratris  
 amantem:illum verò malum & indignum, in quē  
 beneficia conferantur. Æschin. ὅταν φη δημοτικὸς ἔστι,  
 quando dixerit se esse popularē. Demosth. αἷς ἐκ τῶ  
 πρῶτος λέγει ὁ δῖος ἰσχυρί, quibus eò præstat ac-  
 cusator, quòd prior dixerit. Idem, ὡς πᾶσι ποιῆν  
 ἅπαντα, vt omnia ipse effeceris. Æschyl. Prometh.

δὴνὸς γὰρ ἄριστον καὶ ἀμειψίων πόρον,

Vel ex impossibilibus aliquid excogitare potest,  
 adeò vafer atque callidus est. Lucian. βαθεῖα δὲ  
 πρῶτος τοῖς ποσὶ, καὶ εὐχρηστικὰ πολλή, Profundior  
 quàm vt pedibus trāsiri possit, & spaciosior quàm  
 vt tranari queat. Ad eundem modum apud Lati-  
 nos ad imitationem Græcorum nominatiuis ad-  
 iectiuorum, & eorum obliquis pulcherrima figu-  
 ra coniungitur infinitum, vt fortis bellare, pru-  
 dens intelligere, sapiens prouidere, peritus docere,  
 & similia. Virgil. Eclog. 5,

Cur non Mopse boni quoniā cōuenimus ambo,

Tu calamos inflare leues, ego dicere versus:

Idem Eclog. 7,

Et cantare pares, & respondere parati.

Idem,

Pestis a cerba boum, pecorìque aspergere virus.

In talibus enim subauditur ( vt ) pro ὡς ἴτε, quod  
 apud Græcos infinito sæpissimè iungitur. Persius,

- & pectore læuo

Excutias guttas, lætari pertrepidum cor.

Horat. in primo Carminum,

- & celerem sequi aciem. id est, ad sequendum,

vel vt sequatur.

.Est quando apud Latinos verbum cum Infini-  
 tiuo constructur, quod sua natura in infinitiuum

non fertur: vt Virgilius,

-dederátque comas diffundere ventis. Et

-Ille suo moriens dat habere nepoti. Et

-magnum dat ferre talentum.

Quod fit ad imitationem Græcorum. Aristophan.

εἴ μοι πλείστας ἄρτον ἔν' ὅσ' πιπιμμένοι,

δοίης καταφαγῆν,

Si mihi panem aliquem benè pistum cōparans,  
comedendum dares.

Theocrit. βόσκειν δέ μοι αὐτάς ἔδωκεν, tradidit eas mihi pascere, hoc est pascendas, vel ad pascendum.

Infinitiuus apud Græcos pro Imperatiuo ponitur. Phocylid.

μέτρω μὲ φαγῆν, πεινέ μωθολογῆν.

Mensura vel moderatè edito, bibito ac loquere, pro φάγε, πῖε & μωθολόγη. Quo modo in principio suorum præceptorum frequentissimè infinitiuo modo vtitur. Apud Latinos non quidem pro Imperatiuo, sed pro præterito imperfecto Indicatiui sumitur. Cic. pro Cluentio, Furere crudelis & importuna mulier, pro Furebat. Cic. in Verrem, Cursare iste homo potens cum filio blando & gratioso circum tribus. id est cursabat. Terent. in And. Facilè omnes perferre ac pati. pro perferebat ac patiebatur. Et apud illos tamen, & apud hos fit hoc per figurā ἔκλεψιν. Gaudere enim, χαίρειν ἢ ὅσ' περιτέλειν, pro Gaude, & χαίρε, & ὅσ' περιτέλει dicunt, & subauditur iubeo, vel volo, vel opto. Sic enim antiqui, gaudere te iubeo, pro Gaude. Terent. in Adelph. Saluere Hegionem plurimum iubeo, pro Salue Hegio plurimum. Sic ergo & apud Latinos cū imperfectum sit, Dicere cœpi, pro dicebam: scribere cœpi, pro scribebam, per ἔκλεψιν verbi Cœpi solent authores proferre infinita verba: vt Terent. in

And. —ego illud sedulò Negare factum. Deest enim, Cœpi negare, pro negabam.

## Diuerſi caſus eidem verbo additi.

Idem verbum variis caſibus conſtructum reperitur apud Græcos & Latinos : cuiuſmodi ſunt verba ſenſuum, memoriæ, & recordandi, de quibus ſuprà dictum eſt: aliâque quorum pauca hoc loco, à Prifciana lib. 18. de conſtructione annotata, ſubiiciemus.

Aufero tibi & à te dicunt Latini. Terentius in Phorm. Aufer mihi oportet. Cic. in Verrem, Ab hoc, abaci vaſa omnia, vt expoſita fuerant, abſtulit. Similiter eripio, adimo, amolior, amoueo cum datiuo & ablatiuo mediante præpoſitione conſtruuntur. Græci quoque ἀφαιρούμαι ſι πότε, καὶ ἀφαιρῶ ſι πότε, ἀπικῶς, vt ſuprà oſtenſum eſt in capite De verbis ſpoliandi ſeu priuandi.

ἀλθωμαι πότε, καὶ πότε, Attici, ſicut ἀλῶ πῶ κεφαλῶ. Latini quoque, Doleo illam rem, & illa re: ſimiliter Indignor illam rem & illa re. Salluſtius in Catil. Et quaſi dolens eius caſum. Virgilius Æneid. 2,

Et caſum inſontis mecum indignabar amici.

Idem in primo,

Nota tibi, & noſtro doluiſti ſæpe dolore.

ἀκροῶμαι ſι καὶ ſέ, dicunt Græci: Latini quoque Auſculto tibi & te, vt ſuprà declaratum eſt. Sic ἀπολαύω τύπου καὶ τύπου: pro quo Latini Potior illius rei, & illam rem, & illa re, vt ſuprà.

Græci χορτάζω σέ ἄρτω, καὶ χορτάζω ſι ἄρτον: βόσκειται

πὺν ὕλῳ, ἢ βόσκομαι πρὸς χόρτῳ. Latini similiter, Pascor hanc rem, & hac re. Virgil. Æneid 3,  
- & miseros morfu depascitur artus.

Idem Georg. 3,

Pascuntur verò sylvas, & summa Lycæi.

Idem in Bucol.

Frondebis hirsutis & carice passus acuta.

Græci βαριῶμαι πρὸς δὲ ὡς πρὸς γάμαρ dicunt. Aristid. οἱ δὲ ἦκον οἶνω βεβαρυκότες οἱ ναῦται, alii verò venerunt vino grauari, videlicet nautæ. καὶ βαριῶμαι τύπου καὶ τύτῳ καὶ τῦτο. Sophocl. in Philoctete, μὴ βαριωθῶσιν κακῆ ὄσμῃ πρὸς τῷ δέοντος, Ne factore grauentur ante tempus. Idem ἐν Ῥαχινίαις, κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαριῶμαι, malis quibus ego grauor. Idem, ὅπως μὴ βαριωθῆσθε δέ μου, pro ὑπονοῶ μὴ σκληρωθῆτε τῇ ἐμῇ ξυνομιλίᾳ βαριωρόμοι, suspicor vel vereor ne mea conuersatione grauemini. Ad eundem modum Latini Grauor hanc rem, & hac re, dicunt. Virg. Æneid. 10,  
- quid si quæ voce grauaris      Mente dares?

Lucan. lib. 2,

Romanos odere omnes, dominosque grauatur.

Liuius ab Vrbe condita, Grauatibus omnibus vino somnolus.

Græci ἀπέχουμαι τύπου & ἀπέχω τῦτο dicunt, Phocylides,

ἀρκείῃσιν παρέεσι καὶ δημοτείων ἀπέχεσθαι,

Præsentibus cōtēti esto, atq; ab alienis abstineto.

Aristophan. οἶνου τ' ἀπέχεσθαι, abstinere vino. Demosth. Olynth. 2, θελαίσι μὲ ἀπέχουσιν τὰ οἰκεία, Thebani sua propria receperunt vel habet. Synes. ἀπέχω καὶ χάριν, καρναῖς ἰκέτης μοι γέγονεν, recepi vel reportavi gratiam. Latini quoque Abstineo illius, illum & illo dicunt. Horat. Carm. 3,

Mox ubi lusit satis, abstineto

Dixit irarum, calidæque rixæ.

Terent. in Adolph. Non abstinēs manum masti-  
giæ. Liu. Romano bello fortuna Alexandrum ma-  
gnum abstinuit. Tacit. lib. 3. paulò post initium,  
Tiberius atque Augusta publico abstinuere, infe-  
rius maiestate sua rati, si palàm lamentarentur.

Attici ἐντρέεσθαι τοῦτου καὶ τῆς το dicunt, & Latini,  
Pudet me illius rei, & illam rem: sed rarò. Plato in  
Phædro, ὁ δὲ οὔτε κέντρων ἡνιοχῶν, οὔτε μάστιγος ἐπι-  
τρέπτει, Illum verò neque stimulorum, quibus  
utuntur aurigæ, neque flagelli pudet. hoc est, οὐδέ-  
να ἰσχυρόν ποιεῖται, nihili facit. Cum accusatiuo:  
Laert. in Apophthegmatis Laconicis, καὶ πρὸς νέους  
ἡ ἔδξ οὐ μόνον τοῖς ἰδίους ἀιδείαζ πατέρεσ, ἔκ ἰσχυροῖσ  
ἔδ, ἀλλὰ πάντας πρὸς παρεσβυλίεροις ἐντρέεσθαι, &c. Iuue-  
nèsque oportebat non tantùm proprios parentes  
reuereri, eisque se morigeros atque obedientes  
præbere, verum etiã seniores omnes venerari, &c.  
Terent. in Phorm. Non pudet vanitatis? Idem in  
Adolph. Fratris quidem me pudet & piget. Idem  
Phorm. Vt nihil pudet? Et nota, quòd tam ad reue-  
rentiam honestæ personæ, quàm ad pudorem tur-  
pis alicuius rei refertur constructio supradicti ver-  
bi, vt Pudet me patris, pro Erubescō patrem: &  
Pudet me vanitatis, pro Erubescō propter va-  
nitatem.

Attici dicunt ἐπιλήσθαι τῆς δὲ ἔ πόδε. Hom. τῆς δὲ  
ἐκ ἐπιλήσθαι, Huius non obliuiscar. Xenoph. παρδ.  
5. ὅπως εἴ τις πρὸ ἐπιλησθέντος εἴη, μείλιθοι, vt si quis  
quid oblitus fuisset, id apportatum rediret. Latini  
quoque obliuiscor huius rei & hanc rem dicunt.  
Virgil. Æneid. 2,

Quisquis es, amissos iã hinc obliuiscere Graios.  
Idem in 3,

Oblitusne sui est Ithacus discrimine tanto.

Græci dicunt θαρρῶ τῆτο ἐ τύτω, Latini Fido huic rei, & hac re. Synes. δείκνυσι τῆ χει τῶποις ὑπόποις οἷς ἔδῃ θαρρῆσαι, Manu demonstrabat locos, quos audacter pertransire oporteret. Plato in Phædro, εἰ δὲ τῶδ' οὕτως ἔχῃ, οὐδενὶ προσήκει θάνατον θαρρῶυπι, μὴ ἐκ αἰούτως θαρρῶν, ὅς δὲ μὴ ἔχη ἀποδείξαι ὅτι ὅδ' ψυχὴ πάντα πασιν ἀθάνατον ἔ ἐ ἀνώλεθρον, Nulli consentaneum est, mortem non stultè contemnere, qui demonstrare nequeat animam esse immortalem. Demosthen. Olynth. 3, ὑπὸ ἥρχον Ολιυῆσοι δυνάμιν ἵνα κερκτιμῶσοι, καὶ δέικει δ' οὕτω τὰ πρῶτα, οὐτε φίλιππος ἐθάρρει τύποις, οὐδ' οὕτοι φίλιππον, neque Philippus illos aggredi audebat, nec illi Philippum. Cum datio iungitur, quando significat ἐλπίζω, confido, spero. Stat. Thebaid. 2,

-martisque ex semine Theron

Terrigenas confisus auos.

Virgil. Æneid. 11, -dum Troia tentat

Castra, fugæ fidens, & cælum territat armis.

Idem in septimo,

Moliri iam tecta videt, iam fidere fugæ.

Iuuenal. Satyra 3,

Fidimus eloquio, Ciceroni nemo ducentos

Nūc dederit nūmos, nisi fulserit annulus ingēs.

Græci dicunt λυμαίνομαι τῶδε καὶ τῶδε. Aristophanes,

ἐκάστοτε λυμαινόμην τοῖς μειρακίοις,

Semper & vbiq̄ue corrumpentē adolescentulos.

Aristid. ὡσπερ γὰρ οἱ γεωργοὶ τὰ λυμαινόμην τῆ χύρα ἐ

καὶ ἐκάστον ἐνιαυτὸν ἐκκόπιοιτες, quemadmodū enim

agricolæ, qui singulis annis ea quæ agrum vastant

excindunt, &c. Cum accusatiuo: vt ἐλυμῶατο αὐτῶ

ἔ ἐκ δρυμοῦ, deustaui eam aper ex sylua. Suid.

Latini quoque Noceo tibi & te dicunt. Plaut. Mi-

lite, Iura te non nociturum esse hominem de hac re neminem. Ouid. 3. Amorum,

-credulitas nunc mihi nostra nocet, &c.

Attici dicunt, μέμφομαι σου καί σε. Xenoph. παιδ. ζ, τοῖς ᾧ θεοῖς οὐδέν ἀναχοίμην μέμψασθαι μὲ ἀνδρῶς, Non sustineo quenquam hominem de diis queri, vel deos reprehendere. Demosth. Olynth. 3, καί οὐχὶ μέμφομαι τὸν ποιοῦντά τι ἢ δέοντων ὑπὲρ ὑμῶν, neque eum reprehendo, qui utile quid pro vobis facit. Similiter Latini, Queror tibi & te, dicunt. Iuvenal. Satyra 1,

Nec quereris patri, nec terram cuspede quaffas.

Virgil. in Bucol.

Dū queror: & diuos (quanquā nil testibus illis Profeci)

Plurima sunt præter iam enumerata tam apud Latinos, quàm apud Græcos verba, quæ diuersis casibus construuntur, vel mutata significatione, vel eadem permanente, quæ hoc in loco recensita non sunt. Singula enim adscribere, vel maiorem saltem partem nimis prolixum fuisset: ea verò tantummodo recensuimus, quæ à Prisciano lib. 18. de Constructione notata sunt.

## De Gerundiis.

Gerundiis ac supinis Græca lingua caret. Quomodo verò defectum istum suppleat per infinita, suprà dictum est, cùm de verbo ageretur.

K.i.

# De Constructione Participiorum.

Participia apud Græcos & Latinos imitantur constructionem suorum verborum, à quibus sunt deriuata. Demosth. ἀλλὰ τίς ἦν ὁ βοηθήσας τοῖς Βυζαντιοῖς καὶ σώσας αὐτοῖς; At quis fuit, qui Byzantiis tulit auxilium, eòsque seruauit? Stat. 5. Syl.

Nil famuli coctus, nil ars operosa medentum

Auxiliata malis. Nam & βοηθῶ σοι dicunt Græci, & Latini Auxilior tibi.

Participia cùm transeunt in naturam nominū, genitiuum postulant in vtraque lingua. Seneca, Amantes tui ama. Terent. in Phorm. Herus liberalis est, & fugitans litium. Idem in Hecyra,

Nam nemo ad te venit, nisi cupiens tui. Sic Homerus, πῆξων βῆ εἰδῶς, benè iaculandi peritus. item βῆ εἰδῶς πικροπυλάων, fabricandi peritus. Quando verò participialiter vsurpat, accusatiuum ei coniungit, quem regit verbum, vt εἰδῶς δόλοισι, sciens dolos, hoc est, versutus ac callidus. Quem imitatus Horatius Carm. 3. dixit,

Me nunc Thressia Chloë regit,

Dulces docta modos, & citharam sciens.

## Participium pro Infinitiuo.

Vsus Participii perquam elegans est ac frequēs apud Græcos pro infinitiuo. Lucianus, ἄλλος εἰ ἀγνοῶν, præ te fers ignorare. Heliod. ἐλαύνειν τὰ ὄντα ὡς πλάσματα λέγων, insciens vera quasi figmenta



narrabat. Phalaris, παῦσαι ᾗ ἐ σαυτῶς ἐ ἐμοὶ πράγ-  
ματα παρέχων, desine & tibi ipsi & mihi negotium  
exhibere. Demost. σαυτῶς σωήδης ἀδικουῦσι, tibi ipsi  
consciis iniuriæ fueras. Latini authores id imitati  
reperiuntur. Virgil. Æneid. 2,

-sensit medios delapsus in hostes.

Pro se delapsus esse.

## Participium pro verbo.

Participia frequenter pro verbis ponunt Latini.  
Terent. in Andria, Quid meritis? pro Quid me-  
ruisti? Id' que faciunt in omnium passiuorum, de-  
ponentium & communium præteritis, per quæ  
participiis vtuntur pro verbo, adiungentes verbū  
substantiuum. Frequenter tamen per ἐκλεψιν eius,  
per se participia loco verborum funguntur. Vir-  
gil. Æneid. 1,

Certè hinc Romanos olim voluentibus annis,  
Hinc fore duces reuocato à sanguine Teucris,  
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent  
Pollicitus. Deest es.

Cic. pro Ligario, Queritur se prohibitum. Deest  
esse. Similiter faciunt Attici. Aristoph.

ταῦτ' ὄϊμαι λέγεισιν ἀπατῶντες,

δράττων ἀπχῶς ὁ, π χήσοισι. pro δράττωσαν, faciant.  
Solent enim tertiam personam pluralem Imper-  
ratiui per genitiuum pluralem participii profer-  
re, ἀίcentes τυπύοντων pro τυπέττωσαν, verberent : ἀγ-  
γλλοίτων pro ἀγγελέττωσαν, nuncient : κλαίοντων pro  
κλαπέττωσαν, plorent. Lucian. ἐν Διονύσω, οὔπι μὲ οὐῶ  
πειοιῶτων ὁ, π ἐ φίλον, Hi itaque faciant quicquid  
eis libuerit. Subintelligitur ἐστωσαν πειοιῶτων ἢ πει-  
οιῶντες. Xenoph. Hieroni, ἐπι ᾗ ταῦτα αὐτῶς ἤκουσι, ὁ

Σιμωνίδης εἶπεν, εἴοικεν ἔφη ὧ ἰέραν μίγα πὲρ (ἔῃ) ἢ ἡμῶν, ἢ εἰ  
 ὄρεζόμενοι οἱ ἀνθρώποι, Hæc cùm ex eo audiuiſſet, Si-  
 monides ſubiiciens, videtur inquit ὁ Hieron ho-  
 nos, quem homines appetunt, magnum quiddam  
 atque eximium eſſe. ὄρεζόμενοι dixit pro ὄρέζονται.  
 Phrynicus, ὧ φίλτα π ἀνδρῶν μὴ με ἀπμάσας γῆν, pro  
 μὴ με ἀπμήτης, ne me ignominia afficias.

Participiorum genitiuus apud Græcos abſolutè  
 ponitur, ſicut ablatiu⁹ apud Latinos. Hom. Iliad. α',  
 οὐ πὲρ ἐμεδ' ἰώντος χ' ὅππ' ἕβονι δερκομρόιο,

Nemo me viuente, ſupérque terrâ cōſpecto, &c.  
 Salluſt. in Iugurtha, Neque illi Senatus, quan-  
 quam aduerſus erat, de vlllo negotio abnuere au-  
 debat. Cæterum ſupplementum etiam latus de-  
 creuerat, quia neque plebe militiam volente pu-  
 tabatur Marius aut belli vſum, aut ſtudia vulgî  
 amiſſurus.

Participia quandoque ſuperuacudè ponuntur  
 apud Græcos, ſic vt iſtis ſubtractis, eadem ma-  
 neret ſententia, vt οἷχεται ἀπῶν, pro οἷχεται, vadit:  
 παίζεις ἔχων, pro παίζεις, ludis: τὸ νῦν ἔχων, pro νῦν,  
 nunc, vel impræſentiarum: ἔφη λέγων, ἢ εἰπών, locu-  
 tus eſt dicēs: πυχαιέων, pro ὄρεῖ eſt: εἰμὶ ὦν, ſum. Qua  
 forma Demoſthenes dixit, τὸ γδ' (ἔῃ) εἶνα ὄντα κύριον,  
 nā illum eſſe vnicum dominum. Hoc Latini quo-  
 que imitati reperiuntur. Virgil.

-æſtron Graui vertère vocantes.

Idem in Georgicis,

Sæpe volutabris pulſos ſylueſtribus apros  
 Latratu turbabis agens.

Et in Æneide,

- & diuûm amplexæ ſimulachra tenebant.

Et ruruſum,

- clypeóque ſiniſtram Inſertabam aptans.

# De Constructione nominum.

## Genitiuus additus Nomini.

Nomina substantiua, quæ significant possessionem, mensuram, numerum aut relationem ad aliquid, genitiuum exigunt apud Latinos & Græcos, vt Hector filius Priami, Dauus seruus Simonis: & apud Græcos, κακὸν κόρακος κακὸν ὠὸν, mali corui malum ouum. Euripid. in Hecuba,

πολύδωρος Ἐκίβης παῖς γαγῶς ἢ Κισπέως,  
Polydorus Hecubæ filius. Et paulò post,

- ἰστέλλε πέμψε τρεῖς ὠϊκίης χθονός,

Πολυμήτορος πρὸς δῶμα θρηϊκίου ζένοῦ.

Clanculum emisit Troiano solo

Ad ades Polymestoris hospitis Thracii.

Solent tamen per eclipsim talia proferre Latini ad imitationem Græcorum, dicentes, Deiphobe Glauci, & Hectoris Andromache: pro Glauci filia, & Hectoris vxor. Aristoph.

ἔπειτ' ἔγαμα Μεγακλείους τῷ Μεγακλείους ἀδελφιδῶ,

Deinde duxi in vxorem neptem Megaclei Megaclei filii.

Deest enim ὄσ. Mensuram: vt Cyathus vini, Modius tritici, Vlna panni. Et Græci μέδιμος πυρῶν, modius frumenti. Numerum: vt Duo millipeditum, Mina argenti, Mille nummum. Demosthen. πέντε ἔξαικοι δραχμῶν, τείπη ἢ δρχῶν, viginti quinque drachmarum. Relationem ad aliquid: vt

Anchises pater Æneæ, Patroclus amicus Achillis,  
Patronus Verris Hortensius. Hestod.

-πατήρ ἀνδρῶν ἢ θεῶν ἢ. Virgil.

-Rex hominūmq̄ deorūmq̄. Sic φίλος ἀχαιεύς, amicus Achillis : ἐχθρὸς ἀγαμέμνονος, inimicus Agamemnonis. Quæ tamen cum dativis quoque inveniuntur.

## Attributiua.

Cū significatur aliquid inesse alicui, siue adesse, quod ad laudem seu vituperium pertinet, trifariam efferunt Latini: Puer bonæ indolis, Puer bona indole, & indolem, poeticè. Cic. ad Octaviū, Marcus Antonius, vir animi maximi, utinam etiā sapientis consilii fuisset. Idem de Senect. Quam fuit imbecillis P. Africani filius is, qui te adoptavit, quam tenui aut nulla poti⁹ valetudine. Quod genus loquendi frequentissimū est, ut illud quod sequitur rarissimum. Virgil.

-Oculos suffusa nitentes. Idem,

Nuda genu, nodoque sinus amplexa nitentes.

Idem, Os humerisque deo similis. Idem,

Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque.

Hanc loquendi consuetudinem sunt qui poetarū propriam esse dicūt: reperitur tamen & apud historicos. Pomponius Mela de priscis Britannis,

Utrò corpora infecti. Idem alibi, Sarmatæ totum brachati corpus, & nisi quæ vident, ora tecti. Greci omnibus his loquendi formis utuntur, postrema verò omnium frequentissimè, per figuram σικεκδοχῶ. Theocrit.

παὶ μορφῶν ἀγαθῶν, τὸν ἢ ἔσπον ἐν εἴῃ ὁμοίω,

Forma quidem egregia, at moribus dissimiles.

Lucian. ἐν πρῶτῃ βίῳ, τὸ μὲν εἶδος ἐκ ἀγγλῆς, forma quidem non inuenusta. Sic dicunt ἑλλῶ εἰμὶ τὸ γένος, ἢ βαρβάρος, ἢ ῥωμαῖος, Græcus sum natione, vel Barbar⁹, vel Romanus. Herodot. Κροῖσος ἰὼ Λυδὸς μὲν τὸ γένος, Croesus erat genere vel natione Lydus. Quo modo & Latini Græcos imitati loquuntur. Virgil. Æneid. 5,

Cressa genus Pholqē, geminίque sub vbere nati.  
Idem in οὐταῖο,

Qui genus? vnde domo? pacemne huc fertis an arma? ποδαπὸ τὸ γένος; Interdū mutant accusatiuū in datiuum. Demosth. πρὸς τῶν ἀπληθῶν, ὅτι γὰρ γένει μὲν ὁ Ἀθύκων δῆπου ξένος, hoc est, genere seu natione peregrinus. Plato, εὐσία καὶ γένει οὐδένος ὕστερος, genere ac opibus nemini secundus. Loco enim eius datiuī, ablatiuo Latini vtuntur, vt iam dictum est. Salust. in Catil. Hæc mulier genere atq; forma, præterea viro atque liberis satis fortunata fuit. Cic. pro Roscio, Genere & nobilitate suæ ciuitatis facile princeps. Per genitium quoque in hoc sensu loquuntur, vt μεγάλης ἀρετῆς ἀμύηρ, vir magna virtute præditus.

## Substantiuè posita.

Quædam adiectiua substantiuè posita admittūt genitium in vtraque lingua. Terent. in Heautont. Næ ille haud scit, hoc paulum lucri, quantū ei damni apportet. Plaut. Neque habet plus sapientiz, quàm lapis. Iuuenalis,

Quantū quisque sua nummorū seruat in arca,  
Tantum habet & fidei. Sic Græci, τὴν μεγάλην ξύλων, pro μεγάλην ξύλα, magna ligna: οἱ ἄφροι τῶν ἀνδρῶν, pro οἱ ἄφροι ἀνδρες, viri sapientes: αἱ καλαὶ τῶν

ζωακῶν , pro καλὰ ζωαῖνες , formosæ mulieres.  
 Æschin . πρὸς μὲ μεγάλα κὶ σπουδαῖα ἢ πρᾶγματων ,  
 ad magnas quidem & præclaras res: pro, μεγάλα κὶ  
 σπουδαῖα πρᾶγματα. Isocrat. αἰχρὸν γὰρ τοῖς μὲ χραφεῖς  
 ἀπεικάζειν τὰ καλὰ ἢ ζώων, τοῖς δὲ παῖδας μὴ μιμῆσαι  
 τοῖς σπουδαίοις ἢ γονέων, turpe enim est pictores  
 pulchra animalia depingere, adolescentes autem  
 non imitari probos, virtutisque præditos paren-  
 tes. Plinius, Plani pisciū, quibus cauda non obest.  
 Idem, Surdis etiam rerum sua cuique sunt reme-  
 dia. Idem, In capite paucis animalium, nisi volu-  
 cribus, apices. Idem, Canum de generes caudam  
 sub aluum reflectunt. Idem, Nigræ lanarum nul-  
 lum colorem bibunt. Duo quoque adiectiva hoc  
 modo iungi possunt, ut τὰ μέτρια ἢ κακῶν, medio-  
 cria malorum, pro τὰ μέτρια κακά.

Idem & in pronomibus usu venit. Terent. in  
 Phormione, Quid mihi lucri est te fallere? Ca-  
 tull. Sed non videmus mātix quid in tergo est.  
 Sic etiam Græci. Demosth. εἰς τὴν ἡμε μανίας, hucus-  
 que infantix processit. Pausan. ἐπὶ μέγα δυναμῶς  
 περιδόντες, ad magnam potentiam progressi.

## Appositio.

Quoties substantium quacunque ratione re-  
 fertur ad alterum substantium, additur in geni-  
 tivo, nisi addatur appositivè. Nam tum satis est, si  
 cōcordet in casu, etiamsi in numero & genere dis-  
 sident. Virgil. in Alexide,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin

Delicias domini. Theognis in principio suorum  
 præceptorum,

Ἀρτεμὶ ἠτροφότῃ θυγάτηρ Διὸς, ἢ Ἀγαμέμνων.

ἑῖσα ἦ, &c.

Diana ferarum interfectrix, Iouis filia, &c. Ἰδέ,  
Μοῦσαι ἐ χάρειτες κοῦραι Διὸς αἰ ποτι Κασίου, &c.  
Musæ Charitèsque filix Iouis.

## De adiectiuis & substantiuis.

Adiectiua nomina, pronomina & participia conueniunt cum suis substantiuis in genere, numero & casu in vtraque lingua, vt ἄφρος ἀνὴρ, sapiens vir: καλὴ γυνὴ, pulchra mulier: μέγα ξύλον, magnum lignum. Exempla sunt vbiuis in authoribus obuia.

Est tamen quādo adiectiuum & substantiuum discordant genere, apud Latinos & Græcos. Virgil. in Bucol.

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imber  
Arboribus venti nobis Amaryllidis iræ. Item,  
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,  
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.

Idem Georg. 3,

Sunt & Aminæ vites firmissima vina.

Terent. in prologo Eunuchi, In Eunuchum suam dixit, ad Comœdiam referens pronomen. Sic Virgil. Æneid. 8,

Qualis erā cū primā aciem Præneste sub ipsa  
Straui. Idem,

-varium & mutabile semper Fœmina.

Attici quoque nominum genera inuertere solent, addendo substantiuis fœmininis masculina epitheta, ea maximè quæ desinunt in ος purum, vt βίαιος αἴτια, violenta causa: μάταιος ἀπουδὴ, vanum & inane studium: ἅγιος ἑορτή, sanctum festum: κόσμος γυνὴ, ornata mulier, & similia, quorum tamen

plæ raque seorsum fœmininas terminationes habent. Hom. Iliad. ω,

πᾶσιν ὀείθη θυμὸς, ἐκάνθη δὲ φάλαγγες  
ἐλπίδμοι ὄρξ' ἰησὶν ποδώκεα πηλείωτα.

Omnibus arrecti sunt animi, motæque phalāges

Expectantes ad naues celerem pedibus Pelionē.

hoc est Achillem. Masculinum cum fœminino: Demosth. in prima Philippica, καὶ ὅλως ἄπιστον οἶμαι ταῖς πολιείαις ἢ πύραυις, infida res est rebuspub. tyrannis. fœmininum cum neutro: sicut in illo quod sequitur masculinum cum neutro. Idem ὡς ἐστὶ φάτου, πονηρὸν ὦ ἀδρες ἀθλωαῖοι, πονηρὸν ὁ συκοφαντίας, καὶ πανταχόθεν βάσκανον καὶ φιλαίπον, improba res est, Athenienses, improba certè, & vndiquaque inuida atque infesta, sycophanta. Æschin. καλὸν ὦ ἀθλωαῖοι, καλὸν ἢ τῶν δημοσίων παραγμάτων φυλακὴ, pulchrum ac præclarum est ὁ Athenienses publicarum rerū custodia. Thucyd. lib. 1, πῶν δ' ὑπὸ πάντων ὁμολογημένῳ ἄριστον εἶναι ἐπὶ τῆς, eam, quam omnes fatebantur optimam esse ac præstantissimam laudabat. Idem in eodem, καὶ ὅτι Μυκῆνας μικρὸν ἔω, Et quia Mycenæ parvæ erant. Plurale fœmininum cum neutro singulari. Figuram hanc Græci δημοιότητα vocant.

## Comparatiua.

Comparatiua & Superlatiua genitium postulant apud Græcos & Latinos. Homer. Iliad. α' de Nestore,

οὗ καὶ δὴ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέει ἀσδῆ,

Cuius à lingua melle dulcior fluebat oratio.

Aristophanes,

διγ' εἰσὶ τῶ κέρδεις ἅπαντες ἥτινες,

Omnes lucro sunt inferiores.

Idem Pluto,



ὅτι οὐ σε κρύψω. ἢ ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν  
πιστότα τον ἢ γὰρ μαί σε ἔκλεπιστα τον,

Atqui te nō celabo: meorum enim famulorum  
Fidelissimum te esse arbitror, ac maximè taci-  
turnum.

Comparatiuus, vt iam dictum est, frequenter,  
maximáque ex parte genitiuo iungitur: interdum  
tamen additur ἢ, noménque cum quo fit compa-  
ratio in eodem ponitur casu, quo comparatum, vt  
ὧφώπρος ἔβιν ὁ δεινα ἢ ὁ δεινα, sapiētiōr est hic quàm  
ille. Et Homericum illud Iliad. α, ἀρείοσιν ἢ ἑσὶ ὑμῖν  
ἀνδράσιν ὠμίησα (verba sunt Nestoris) cum melio-  
ribus viris conuersatus sum, quàm vos sitis. Quæ  
loquendi formula Latinis quoque est in vsu, vt  
Vilius est argentum quàm aurum. Magis tamen  
Atticè profertur eiusmodi constructio, si post ἢ  
præpositio χτ' cum accusatiuo ponatur, vt si dicā,  
γυνὴ μείζον ἢ χτ' γυναικα φρόνημα ἔχουσα, mulier sa-  
pientior vel audacior, quàm mulieri conueniat.  
Item μείζον τὸ ἔργον ἢ χτ' ἐμὴ δυνάμιν, Opus est  
maius, quàm vt id perficere queam.

## Comparatiuus cum alio compa- ratiuo collatus.

Comparatiuus interdum cum alio comparati-  
uo comparatur in vtraque pariter lingua. Cic. Phi-  
lip. 2, Quis interpretari potest, impudentiōrne qui  
in Senatu: an improbiōr, qui in Dolobellam: an  
impuriōr, qui patrē audiente: an crudeliōr, qui in  
illam miseram tam spurcè, tam impiè dixeris? Liu.  
lib. 4. ab Vrbe, Initio anni pestilentia coorta, mi-  
naciōr tamen quàm perniciosior. Thucyd. εἰ μὲ γὰρ

αἰμάτῃ αἰ κρηπῶντο, ὁ μὴ πείσαι ἀξιοετώτερος ἢ ἀδικώ-  
τερος ἀπὸ χῶρῃ, stolidior quàm iniustior. Synes. de  
quodam episcopo, τὰ μὲ δῆα, ὁ ποῖον αὐτὸ γῆροτο παίδευ-  
μα τῷ χριστῷ. τὰ δὲ εἰς τὸ ἀρχὴν καὶ ἀρχαῖα ταῦτα ῥα αἰετώ-  
τερος μάλλον ἢ νομιμώτερος, fidentior quàm legum te-  
naciore.

## Comparatiuus pro positiuo.

Attici comparatiuo vtuntur pro positiuo. Phi-  
lostrat. πλειόνων ζωχράφων, αὐτῶν τῶ πολλῶν, multorum  
pictorum. Thucyd. πωροτάτας ἤντι πρὸς τῶ φίλων χί-  
ροις, pro κακοῖς, malos amicorum etiam antea cetero  
tempore proditores. Quod & Latini imitati sunt.  
Virgil. Æneid. 1,

Triftior, & lachrymis oculos suffusa nitentes.  
pro Triftis.

Interdum loco Superlatiuī reperitur vsurpatus  
in vtraque lingua: vt apud Catullum,

Hesperie qui cælo lucis iucundior ignis pro iu-  
cundissimus. Sic Græci, πάντων θρωώτερος ἢ ὁ Σω-  
κράτης, pro θρωώτατος, omnium sapientissimus erat  
Socrates. Synes μακρῶ πάντων βαρύτερος, pro βαρύτα-  
τος, longè omnium grauiissimus. χίων Platonius  
μάτῃ de Platone loquens, qui puellas quasdam  
ἤντι ἀδελφιδῶν nuptui collocauerat, ἤρμοσαι ἢ ἔτι τὰς  
δῆα παῖδας ἤδη χαλεεστάτους Ἀθηνῶσιν, δῆα οἱ μὲ πλου-  
τῶσιν, Σπύσιωπος ἢ χαλεεστερος ὢν πένηται. Iam verò  
reliquas quoque puellas præstantissimis qui sunt  
Athenis nuptui collocavit: quorum alii quidem  
diuites sunt, Speusippus verò, qui omnibus ante-  
cellit, penuria atque egestate laborat. χαλεεστερος  
dixit pro χαλεεστάτος πάντων.

Comparatiua augmentum recipiunt apud Græ-

cos his adiectionibus, μάλλον, πολὺ, πολλῶ, ὅστω, ὅσούτω. Plato, ἀρχαιότερον μάλλον τῷ θεόντες, verecūdiorem quàm oportebat. Demosthen. πολὺ γὰρ ῥᾶον ἴχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα, Natura enim longè facilius est quæuis parta cōseruare, quàm noua acquirere. Idem, ὅστω ἢ τὰ τῆς πόλεως ἐλάττω γίγνεσθαι, ὅσούτω τὰ τούτων ἡύξασθαι, Quanto minores sunt effecta rationes vrbanae, tanto maiores horum euaserunt. Aristoph. ποσούτων πολλῶν πλείονα, his multò plura. Item ὀλίγα: Thucydid. ἡνθαίων ἀσθρες ὀλίγων πλείονες τελακοσίων, Thebanorum paulò plures triginta. Isæus, πολὺ μάλλον ἐπιμότερον, multò promptiorè. Apud Latinos adduntur comparatiuis & superlatiuis, Multò, Longè, Tantò, Quantò, Paulò, &c. Cic. de Amicitia, Sed obsequium multò molestius, quòd peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri finit. Cum superlatiuo: Plaut. in Sticho, Quæ tibi mulier videtur multò sapientissima. Virgil. Æneid. 9, At pedibus longè melior Lycus. Cum superlatiuo. Cic. de Oratore, Principi longè omnium in dicendo grauissimo & eloquentissimo Platoni. Virgil. Æneid. 4,

- quantum ipse feroci

Virtute superas, tantò me impensius æquum est  
Consulere. Cic. pro Flacco, Auri centum pon-  
do, paulò amplius.

## Partitiua & collectiua.

Partitionē aut collectionem significantia genitiuos requirunt apud Latinos & Græcos. Terent. in Andria, An quisquam gentium æquè miser est, vt ego? Idem in eadem, Mitte orare: vna harum quæuis causa me, vt faciam, monet. Huc pertinent

Quisque, Quisquis, Quicumque, Quidam, Quis interrogatiuū, & Quis pro aliquis, Aliquis, Vterque, Neuter, Vteruis, Vtercunque, Nemo, Nullus, Solus, Vnus, Medius, &c. Aristot. Ethic. 6, *ληπιέον ἐκατέρου τούτων τίς ἢ βελτίστη ἔστις*, Definiendum est, horum amborum quis sit habitus optimus. Sic ἕκαστον τῶν ζώων, vniuinquodque animalium: ἕτερος τῶν ὀφθαλμῶν, alter oculorum. In hunc ordinem & illa sunt referenda, εἰς, οὐδέεις, μόνος, τίς. Xenoph. ἐν μιᾷ τῶν νήσων, in vna insularum. Demosth. μόνοι ἀνθρώπων, soli hominum.

In Constructione diuiduorum, si per præsumptionem, hoc est *κατὰ πρόληψιν* præponitur plurale verbum ad vtrunque sequens, licet nominatiuum anteferre, vt Aquilæ deuolauerunt, hæ ab oriente, illæ ab occidente. Sic Græci, *ἀεπὶ δύο ἐπίησαν, ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν ἐπῆν*. Sin ad ea quæ cōsequuntur, in singulari numero verba consequantur, genitiuum oportebit præponi pluralem, vt Aquilarum altera deuolauit ab oriente, altera ab occidente. Ad eundem modum Græci, *δυσὶν αἰετῶν ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν, ὁ δὲ ἀπὸ δυσμῶν ἐπῆν. & δυσὶν αἰάντων, ὁ μὲν Τελαμῶνος, ὁ δὲ οἴλέως ἢ ἐς ἐγγύεσσιν*. Duorum Aiacum alter Telamonis, alter Oilei filius fuit. Auctoritas tamen veterum tam Græcorum quàm Latinorum, est quando pro genitiuo plurali nominatiuum præponit, quanuis ad res diuisas singulariter verba reddantur. Hom. Odyf. μ',

*οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν βύρω ἰκάνει, &c.*

Duo verò scopuli, alter amplum cælum attingit, &c.

Cebes, αὐτὰ τῶν ἰνῶν, ἔφη, ἢ μὲν ἢ μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται ἱμνωεῖα· ἢ δὲ κεφαλῶν ἐν τοῖς γένοσιν ἔχουσα, λύπη· ἢ δὲ τὰς τεύχας ἴκνουσα ἐαυτῆς, ὀδύνη. Hæ igitur, inquit, il-

la quidem quæ flagellum tenet, Ultio vocatur: quæ verò caput inter genua habet, Tristitia: quæ verò capillos suos vellit, Dolor. Sic Liuius lib. 4. ab vrbe, Periti religionum, iurisque publici, quando duo ordinarii consules eius anni, alter morbo, alter ferro periisset, suffectum consulem negabant rectè comitia habere posse.

Adiectiua quæ copiam, desiderium, notitiam & contrà significant, genitiuos asciscunt in vtraque lingua. Aristoph. τὸ φρέαρ ἐλ' αἴου μετὸν, puteus oleo plenus. Idem, ἀφ' ἧτος βιοτοῖο, diues rerum ad vitam necessariorum. Lucian. κενὴ δὲ οἰσῶν ἡ φάρετρα, sagittis vacua pharetra. & πένης ἀργυρεῖν, pecunia destitutus. Demosth. ἔμπειρος πολέμων καὶ ἀγώνων, bellorum certaminumque peritus. Thucyd. ἀπυροὶ πολέμων, imperiti bellorum. Virgil.

-ditissimus agri Phœnicum.

Cic. Referta sceleratissimorum hominum. Idem de claris Oratoribus, Fabius pictor & iuris & literarum, & antiquitatis benè peritus.

## Datius post nomen.

Datiuum exigunt nomina, quoties acquisitio significatur, aut commodum, damnumve, apud Græcos & Latinos, vt φίλος σοι, amicus tibi: ἐναπίος νόμος, contrarius legi: οὐδενὶ πιστός, nulli fidus: ἀπίστος τῇ πολιτείᾳ, reipub. infidus: γείτων ἡμῶν, vicinus nobis: εὐνοὺς τῷ δήμῳ, beneuolus populo. Itidem quæ similitudinem & æqualitatem, aut contrà denotant, vt ὁμοίος ᾧ πατρὶ, similis patri: ἀνόμοιός σοι, dissimilis tibi: ἴσος τούτῳ, æqualis huic: ἄϊσος ἐκέῳ, inæqualis illi. Hom. θεῶς ὅππείκελ' ἀχλλεύ, diis similis Achilles.

## Accusatiuus post nomen.

Adiectiua apud Græcos habent post se substantiuorum accusatiuos per synecdochen, subintellecta præpositione  $\chi\tau'$ , vt ἀθηναῖος τὸ γένος, id est,  $\chi\tau'$  τὸ γένος, Atheniensis genere: βαρβάρως τὴν φωνήν, barbarus voce: ἀπλοῖς τὴν ἔσπον, simplex moribus: καλὸς τὸ πρὸς ὄψιν, speciosus facie: ἀνδρείως τὴν ψυχὴν, strenuus animo. Item Substantiua, vt Σωκράτης τοῦνομα, Socrates nomine. Illam formam etiam Latini poetæ vsurpant. Virg. Nuda genu. Idem, Cresfa genus. De quo vide supra copiosius in Constructione Attributiuium.

## Ablatiuus post Nomen.

Ablatiuum Græci non habent, sed eius loco genitiuum, nominibus ablatiuum apud Latinos regentibus subiiciunt: vt Cic. de Senect. Præclarum responsum, & docto homine dignum. Iuuen.

Dignus morte perit, cænet licet ostrea centum.  
Homerus,

ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀνταζῆτος ἀνδρῶν,

Vir medicus multis uiris æquiualeat.

Demosth. οὐδὲν ἐλάττονος ἄξιον ἀποδοῆς ἐμοὶ, nihilo minori studio diligentiaque mihi dignum. Latini quoque poetæ eiusmodi nomina vim passiuam habentia genitiuis coniungunt. Virg. Æneid. 12,

Descēdā magnorū haud vnquā indign⁹ auorū.

## Nomen pro Aduerbio.

Est quando nomen pro aduerbio ponitur apud Latinos & Græcos. Virg. Æneid. 1,

-Multum ille & terris iactatus & alto  
Vi superùm. Plin. Hæc singula & matutina & ve-  
spertina dantur, pro mane & vesperi. Virg.

Nec gregibus nocturnus obambulat. pro nocte.  
Idem,

Nec minus Æneas se matutinus agebat. pro ma-  
ne. Hom. Iliad. β,

ἄλλοι μὲν ῥὰ θεοὶ καὶ ἀνέρες ἴσσοι πελορυσταί  
βῦθον πανύχιοι.

Alii quidem dii virique bellicosi

Tota nocte dormiebant. Hanc figuram Græci  
ἀνιμέρεια vocant.

## Casus nominum.

Diuerſi casus, vel casus pro casibus figuratè tam  
à Latinis quàm à Græcis sæpiſſimè ponuntur. Vir-  
gil. Æneid 1,

Tu mihi quodcūq; hoc regni, tu sceptrâ Iouēq;  
Conciliâs. Hoc regni, pro hoc regnum. Idem  
in eodem,

Vrbem quam statuo vestra est, subducite naues.  
Vrbem, pro Vrbs. Cic. in 2. Verrina, Fac tibi pa-  
ternæ legis Aciliæ veniat in mentem. Pro Acilia  
lex. Horat. Carm. 3,

Hic dies verè mihi festus atq; Eximet horas.  
Mihi, pro à me. Demosth. περὶ στεφανῶν, μὲν γὰρ ἡ μάχην  
βῦθους ὁ δῆμος εἰδώς καὶ ἔωρα καὶ ὅσα ἔπειτα ἰσχυρὰ ἐν τοῖς  
δῆτοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκώς, pro eis autè τὰ δεινὰ καὶ φο-  
βερά, in ipsa pericula atq; terrores ingressus. Hom.

πᾶν τ' ἠμῶν φερόμεν, ἄμα δὲ ἠελίῳ καταδιῶπ  
κάωπσον ἐν λήμῳ.

Tota die ferebar: verùm sub occasum solis

Decidi in Lemnum. ἐν λήμῳ, pro eis λήμον.

## Nominatiuus pro Vocatiuo.

Est quando nominatiuus pro Vocatiuo ponitur apud Latinos. Virg. *Æneid.* 8,

Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarū.  
Fluuius pro fluuie dixit. Lucan. lib. 12,

Degener ô populus, vix sæcula longa deorum  
Sic meruisse viris. Pro popule.

In quo Latini Græcos imitantur, apud quos Attici solēt nominatiuos pro vocatiuis proferre. Hom.

ἥλιος ὃς πάντ' ἐφορεῖς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Sol qui omnia intueris, omniaque audis.

Inuenitur econtrā vocatiuus pro nominatiuo: vt apud Persium,

Censorémve tuum, vel quòd trabeate salutas.

Trabeate dixit, pro trabeatus. Et Horat.

Maçte virtute. Pro maçtus.

Quod ipsum quoque fit ad imitationem Græcorum, apud quos Macedones & Thessali vocatiuos pro nominatiuis proferunt. Hom. *Iliad.* β,

ἀντὰρ ὁ αὐτὲς δύοες ἀγαμέμνονι λείπε φορτῶσαι.

At verò Thyestes Agamēnoni reliquit ferēdum. *Δύεα* dixit, pro *Δυέσης*. Alias casuum mutationes vide in Linacro, vbi de Hellenismo tractat.

## De Constructione Pronominum.

Pronomina primitiua genera habent confusa, personas tamē discretas, apud Latinos & Græcos.



Adhibentur autem ut plurimum emphasis gratia, ut ἐγὼ γράφω, ego scribo, non alius pro me. De hac re supra in Constructione nominatiui cum verbo personali dictum est.

Notandum autem hoc loco, pronominum demonstratiuorum apud Græcos alia esse absoluta, alia discretiua. Absoluta dicuntur, quæ non egent adiunctione alterius personæ, quæ ἐκλιπκὰ, hoc est inclinatiua apud illos sunt, ut εἶδέν με, vidit me: ἐλάλησέν μοι, locutus est mihi. Discretiua sunt, quæ egent adiunctione aliarum personarum, quæ ὀρθοποιούµενα vocant, ut εἶδέν ἐµὲ ἐκ ὀκείνον, vidit me, non illum. Necessè est enim aliam inferre personam, quomodo in comparatiuis nominibus necesse est ad alias ea fieri personas. Absoluta verò, id est positiua, per se proferuntur. Apud Latinos autem eadem pronomina & absoluta & discretiua sunt. Absoluta, ut vidit me, te: vel me, illum autem nō, discretiue. Nominatiuus tamen primæ vel secundæ personæ pronominum, si verbo iungatur, quia verbum per se absolutam magis personam significat, plerunque discretiuis est: ut Ego dico, ille autem non.

## Possessiua pronomina.

Possessiua pronomina adiectiua sunt, & nō recusant aliquādo genitiuum in vtraque lingua. Cic. Dico mea vnus opera Rempub. esse liberatā. Idē 3. de Orat. Voluntati vestræ omniū parui. Lucian. ὅλωσ ἢ πάντα ἔπι ἀπαθῶσι ἔ κακοδαίμονος, hi enim omnino res meas infælicis dilapidant. Aristoph. in Pluto, πῶς ἐμὸν μὲ αὐτὸ τὸ Καλαπύρου σχεδὸν ἦδη νομίμων ἐκτεπέξδυσται βίος.

Meam quidem ipsius miseri vitam

Iam confectam esse existimans. Gregor. ἐμὸς ὁ κίνδυνος, ἐμὸν τὸ γέρας τῆ δ' οἷς ψυχῆς οἰκονόμου, καὶ πληγῆν-  
τός σε διὰ βαπτίσματος, Meum est periculū, meū ipsi-  
præmium est, animā tuam gubernantis, τεque per  
baptismum perficientis. Aristoph. Acharn.

καὶ νῦν ἄγοντες ἡκομην ψευδαρτάβαν  
τὸν βασιλέως ὀφθαλμῶν. Δι. ὀκκόμε γέ  
Κόραξ πατάξας τὴν γὰρ σὸν τὸν πρὸς βεωσ.

Et nunc venimus adducentes Pseudartabam

Regis oculum. Dion. Vtinam coruus

Elidat tuum legati oculum.

Terent in Adelph. Suo sibi hunc gladio iugulo. Id  
quod fit ad imitationem Græcorum, qui genitiuū  
αὐτῶν frequenter postponunt nomini ἰδίον, vt ἰδίους  
αὐτῶν ἀγαθοῖς, suis propriis bonis.

Omnia pronomina possessiua in genitiuos pri-  
mitiuorū etiam verbis sociata possunt resolui in  
vtraque lingua, vt ὁ φίλος μου, amicus meus, pro ὁ  
ἐμὸς φίλος, sic πατὴρ ἡμῶν, pater nostrū, pro ὁ ἡμέτερος  
πατὴρ, noster pater. Cic. de Reditu suo ad populū,  
In cōcione vestrū, pro vestra. Idē de Lege Agraria,  
Vectigalia locare nusquam licet, nisi in hac vrbe,  
hoc loco, hac vestrū frequentia. vestrū, pro vestra.

οὐ, οἱ καὶ ἔ duobus modis apud Græcos accipiun-  
tur, videlicet, αὐτοπαθῶς καὶ μὴ, hoc est, vt vel a ctio re-  
flectatur in eandē personā, vel non. Gregor. ποιαὐτῶ  
γὰρ οἱ σωεγνωκέναι κακαῖ, talium sibi maloru esse con-  
fiscium. οἱ pro ἐαυτῶ. Andocid. ἔφη γὰρ ἔτι) ἀνδράποδον οἱ  
ἐν Λαυρείῳ: dixit enim sibi esse mancipium in Lau-  
reo. Alibi aliter, hoc est μὴ αὐτοπαθῶς. Gregor. ἐπιδὴ  
οἱ φανῆναι πληθος πολὺ, Postquam ingens ei visa est  
multitudo. Pausan. ἔ οἱ παῖδα ἡμέαζ φαίδοντα, eiq;  
natum esse filium Phaëthontem. Sic σπας pro eos

Idem ipse dixit: & *σπίων* ipsis: cōtra *σπῶν ἐνεκε*, se propter, Synes. & Xenoph. & Thucyd. *σπαῖς* pro seipfos. Isocrat. *σπαῖς αὐτίς*, id est, seipfos dixit. Idē fit apud Latinos quoq; in pronomine Sui, ad imitationem Græcorum. Lucan. in 5. circa finem,

-quæ nox sibi proxima venit

Insomnis, viduo tum primùm frigida lecto.

